



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Antiquitatum Bellunensium Sermones  
Quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

JOANNIS PIERII VALERIANI  
BELLUNENSIS  
ANTIQUITATUM BEL-  
LUNENSIIUM  
*SERMONES QUATUOR.*

*Quorum ultimus*

FLAVIORUM NOBILITATEM  
ex antiquis in agro Bellunensium  
memoriis exponit.

Ua

ALOY-

ALOYSIUS LOLLINUS  
BELLUNI EPISCOPUS.

*Bellunensibus suis P.S.*

**P**IERI VALERIANI Bellunensia in hanc usque diem apud me in scribiis Mu-  
sarum asservata, publici facere juris decrevi, eâ potissimum causâ permotus, ne  
vos, quos ego & meâ sponte, & ex suscepto multo magis munere omni, non tam  
virtutum Christianarum, quàm honestorum studiorum genere florentes cupio, antiquita-  
tum urbis vestre atque originis ignari in patria peregrinari videremini, simul labor iste  
tam praeclarus viri eloquentiâ, & eruditione excultissimi, cujus egnidem memoria, lau-  
dique vehementer faveo, extaret inter cetera illius monumenta testis, pietatis sua in vos  
omnes. Quod & Patrie vestre, quæ tali alumno merito se jactat, perhonorificum; &  
vobis, qui tanto civi gloriâmini non indecorum censeo futurum. Bellunensibus conjungi  
ejusdem auctoris dialogum curavi de calamitatibus literatorum ob casuum varietatem, &  
interlocutorum amplitudinem lectu, nisi fallor, haud injucundum. Rome enim habitus  
narratur apud Gasparem Contarenum Virorum sui sæculi, vel potius heroum optimum,  
doctissimum; qui non multo post tempore S. R. E. Cardinalis primum, deinde Episcopus  
Belluni declaratus, civitatem vestram tanti splendore nominis illustrat. Valetate meâ curâ  
& flagrantissimum meum in vos studium uberioris spe profectus alite. Belluni in stativâ.  
Idibus Junii. M. DC. XX.

JOAN

JOAN. PIERII VALERIANI  
BELLUNENSIS

ANTIQUITATUM BELLU-  
NENSIIUM

SERMONES QUATUOR.

Nunc primum è Bibliotheca Lolliana in Lucem edita

SERMO PRIMUS.

**Q**uando ita vobis videtur, viri Bellunenses, ut de Patria nostræ antiquitate disseram deque ejus conditore, & nominis causa, quæ apud veteres tradita repererim, historiam longa annorum serie intermortuam suscitem, minimè gravabor ea omnia memoria complecti, quæ hinc inde conquiritæ ad rem ipsam facere videbuntur. Quamquam id me non parum angit de origine urbis, scriptorum dubio procul omnium testimonio antiquissimæ, & à Romanis, ut palàm vobis faciam in primis ornata, quam scilicet eo ipso tempore, quo illi maximè rerum gestarum gloria florebat, vel ampliarint, vel Coloniam deduxerint, vix unum apud Latinos autores extare verbum, coactosque esse nos rerum nostrarum peritiam, atque cognitionem à Grecis mutuari. Usque adeò à circiter ducesimo post Octavianum Augustum anno exaruisse videtur scribendi vigor, immo quoddam quasi tedium literarum, aut contemptio per tot ætates Italorum mentes detinuisse. Ac ne de patria nostra solum queri videar, quot nunc in universâ Italiâ urbes summâ celebritate censentur, quarum origo penitus ignoratur? Commemorarem aliquot in nostra Venetiâ, multas in Insubris, atque Liguria, plures in Etruria & Latio, innumeras in Campania, in Apulia, in Brutiis & universa Calabria, nisi vererem eos offendere, qui fabulis quoquo modo confictis, aliqua sibi speciosiori origine applaudendum instituere. Id enim ferè omnibus accidisse video, quod in Atheniensibus Pausanias notat ἀθηναῖοι περὶ τῆς ἀθηναίων ἑσπεμολόγησαν. Athenienses quippe in Atticâ laudandâ magnifice luxurioseque lascivisse. Quocirca nobis eo magis latandum, quod quæ de nostræ urbis, si non primâ origine, certè quodammodo renescentis celebritate dicturi sumus, non scriptorum tantum testimonio comprobantur, verum etiam antiquorum monumentorum inscriptionibus, atque operibus testatissima relinquuntur. Ut nulla mihi reliqua fiat dubitatio, quin hæc fidem faciant, quæ scriptores Græci literarum monumentis tradidere, Romani cives in marmore conscripsere, majores vestri sculptis historiis, quæ superatâ vetustatis injuriâ vestris omnium oculis obversantur, agnoscenda curavere quæ qualia & cujusmodi sint, quodque sibi velint jam cognoscite.

Illud primum omnium constare vobis crediderim, quod veterum aliquot scriptorum consensu traditum, receptissimæ fidei fundamentum jecit. Herculum Argivum illum, ut nostri prædicant, multarum Coloniarum autorem, re bene in Hispaniis gesta per feracissimam hanc Italiæ partem Civium suorum copias traduxisse; qui cum ad Mincii vada pervenissent, regione eâ omni, quæ intra Mincium & Arsiam, & maris Adriatici litus, & Alpes Rheticas, Noricasque media est, perustratâ; fluminibus tot, quæ ad magna & frequentia per oram omnem dilabuntur, inspectis: neque agri tantum fertilitate, verum etiam & tumulorum atque convallium amenitate, situ, opportunitateque comprobata

batâ planitie, quæ inter montes, & mare late porrecta interjacet decursa, dixisse eos. Naturam locum alicubi quempiam uni oppido commodum exhibuisse, nusquam regionem unam multis, & magnis urbibus ædificandis ita idoneam, uti, quam tunc admirabantur, comparasse. Orare itaq; omnes ducem suum; ut, quoniam fatis jam terrarum peragrassent, longisq; & laboriosis itineribus debilitati, miserima quæq; pertulissent, rebus tot gloriosissime gestis, daretur tandè aliqua fessis quies, liceretq; illis in tanta locorum opportunitate confidere, condere oppida, metiri agros, & novum hoc regnum magnis Græcorum adoreis applicare. Nulla jam superesse pericula, quæ se Herculi rectâ in patriam conferre volenti objicerent, pacatam esse Liburniam, Illyricum & Epirum omnem ad Jonium ad Ægeum, & Pontum eorum esse Colonias, aut parere Græcis: confectum denique esse quicquid armis effici posset, reliquum unum esse, ut hoc laborum suorum & fidei præmium assequerentur. Ad hæc Hercules, qui videret nobilitatem suorum omnem id precibus deposcere, nihil gravatus, in arbitrio omnium esse respondit, mallent ne ibi confidere, an secum in patriam triumphum agere, utrum præoptarent, gratum sibi æquè futurum. Confidere igitur quotquot in exercitu nobilitate præstabant, & quoniam Græcis generositas natalium, *ἐὐγένεια* dicitur quo nobilitati honos habetur, regionem Euganeam appellari placuit. Partiti mox inter se loca, montes, flumina, Mantuam aliî in stagnis Mincii, ubi spaciosi lacus instar dilatatur, aliî Veronam inter Athesin & collem proximum. Alii Vicentiam ad Erethenum, Bassanum ad Medoacum aliî condidere. Nonnulli Taurisum, Feltriam aliî, aliî Bellunensem agrum multis oppidis munivère. Quamquam hæc non tunc nomina erant, neque ea oppidorum facies, quæ nunc conspicitur, verum ab aliis atq; aliis ampliata deinceps cum formâ nomina etiam commutarunt, aucta à Mantho Etrusca vate Mantua nomen ab ea mutata sempiternum, Producta trans Athesin à Breno Gallorum rege Verona, Brenona tunc, ut nonnulli produnt nomine, mox Verona dicta, quam aliî Catone de originibus citato, Veronam à Vera familia Tuscorum nuncupatam volunt: sic alia quoq; pro temporum vicissitudine statum & ipsa suum experta. Sed enim quæ aliarum urbium origo incrementum aut vicissitudo fuerit, iis ego quærendi negotium relinquam, quorum magis interest; nostræ Civitatis quod quarimur nomen unde venerit, mihi cura fuerit investigare, curq; Anaxus fluvius ea de causa ita olim appellatus, quod retrò navigari non pateretur (id enim significatû Græco inest vocabulo) in aliud nomen transierit, aperire. Ita fiet, ut quæ inter eruditos controversiæ temporibus his oborta sunt, rei veritate cognita, sopiantur, & conditoris nostri sive restitutoris potius nomen ad hæc usq; tempora diu sepultum non sine vestra omnium commendatione, si meritos illi honores decreveritis, ætate vestra reviviscere videatur. Sed antequam ad Romana tempora deveniam, quæ fuerit potius Euganeorum conditio breviter repetendum. Nam illi cum otiosè fatis res suas composuisse arbitrarentur, perq; summam tranquillitatem vitam agerent, forte accidit ut Antenor Trojâ captâ extorris factus cum magno Paphlagonum Venetorum exercitu, qui amisso Pilamene Duce huic adhæserant, magna etiam Trojanorum vi auctus classem ad oram hanc appulerit, egressusq; cum armis, Græcos hic habitare præmonitus omnes incursum subito ex oppidis quæ per universam planiciem ab Adriatici ora ad Padi usque fontem Vesulicq; juga, & alpes cæteras constructa erant imparatos, & securâ nimium pace demollitos eiecerit, sibiq; regnum id asseruerit, & regioni omni Venetiæ nomen dedit. Profugi Euganei, nam hos nunc tantum attingemus, in montes proximos confugère, & eorum multi valles, quæ supra Vicentiam æmœnissimæ sunt, occuparunt. Alii per Medoaci ripas evadentes Bassani recessus elegère. Bona pars Anaxis faucibus superatis, in æmœnissimâ valle, ubi nunc Feltria, Bellunumq; urbes habentur, delituere, neque his contenti locis, interiora etiam alpium penetravère, secutiq; Anaxi ripas, per juga Norica, & Carnica tumulos plerosq; castellis communivère. Inter quæ id præcipuum fuisse olim dicitur, quod ad Anaxi principia licet deletum, Euganeæ tamen nomen adhuc retinet, nisi vocabulum barbara incolarum vitiet enunciatio, dum Agoniam vocat. Frequentia hæc loca incolis & vallibus montibusq; quoquo versum admodum populosis. Eorum autem qui propinquiore sunt nobis originem esse Græcâ, etiam si non faceret historia fidem sermo indigena comprobaret. Est enim in bonâ sua parte Græcus, magisq; in fœminis quam in viris deprehenditur. Viri siquidem finitimorum commercii partim à Teutonicis, partim à nostris aliena vocabula mutantur, fœminæ, utpote quæ vel

raro vel nunquam peregrinantur, linguæ patriæ incolumitatem diutius ſervavere. Commemorabat mihi Urbanus patruus civis veſter, qui Alpes has omnes animi gratia perluſtraſſet, Homerica ſe vocabula in montanæ hujus regionis aniculis frequentiffima reperiffle, quæ nobis interim dum ejus linguæ Poëtæ interpretaretur, non ſine conſervatæ apud nos vetuſtatis admiratione designabat. Nam *πῶσαλα* pro extante clavo in parietem, columnave, cui veſtis vel quid aliud appenditur, *ἔνα* pro viribus, Homerica locutio. *μάχουα* pro percutio: *χαῦ* pro Avia, & alia plurima, tum herbarum nomina Græcis plurimum nominibus hic vulgo ſcemellis agnita, & hujusmodi pleraq; eodem apud eos ſignificatu, iſdem vocibus, quibus apud Græcos uſi ſunt, enunciantur, quæ vobis à me ideo memorantur, ut Euganeos apud nos præcipuè conſediſſe, non levi comprobem argumento. Quo vero pacto Euganei Trajanos, qui ſe jam Venetos appellaverant; ſæpius inveſtarint, quotiens facta è valli- bus eruptione oram omnem devaſtarint, prædabundique in tuta ſe receperint, puta ſæpius recitari vobis ex antiquis hiſtoriis audiviſtis: Antenoremq; annis jam gravem, ne ſuorum tranquillitas totiens interturbaretur, coactum eos in ſocietatem partemq; regni adſciſcere, atq; ita populus unus, una eademq; regio ex Euganeis, Trojanis, & Venetis, qui Paphlagonες erant, auſpicatiſſimo nomine Venetia nuncupata, nos omnes Veneti. Ante Herculem vero Phaetonem huc Colonias deduxiſſe, tam Poëtarum figmentis aliquot, quam Hiſtoricorum veterum teſtimoniis apparet; nam & ſaxa id indicant, quæ Taurinenſi regione juxta Padî ripas Phaëtonis aureæ ſigno ſculpta magno numero reperiuntur. Quod vero omnis ea planities, quæ inter Appeninum Liguttiicum & Albas Grajas, Penina jugâ, & Vindelicos, Rhæticos, Noricosq; montes multis fluminibus alluitur & à Pado diſſecatur, Venetia fuerit manifeſtum eſt, quod Eridanum Poëta Venetum vocant. Meminiſtis Propertianum illud,

*Quantum Hispania Veneto diſſidat Eridano.*

Quod verò ad negotium hoc pertinet, Venetos illos antiquiores per noſtræ hujus regionis tractus habitare & ſuperatis Alpium verticibus, in Pannonia uſq; fines proceſſiſſe, ſi quis antiquæ noliſt hiſtoriæ fidem adhibere; teſtimonio eſt antiquiſſimus terminus litteris Græcis inciſus, qui ſe noſtro itinere, ubi Juliam Albam verſus, Alpes traſcenderis, oſtentat. Quatuor is eſt lateribus inſignis, quorum in primo, litteræ hujusmodi leguntur.



Quod ſi vobis latinis verbis inſcriptione explicari queritis ea eſt homini. Troja capta terminus Veneti progreſſi. Eæ verò *δ'αυέντς* per diphthongū primâ ſyllabâ notatum, aut ejus temporis uſu, aut imperitiæ caſtrenſis ſcriptoris indiligentia, cujuſmodi pleraq; paſſim in urbe & Româ conſpiciuntur. Vel *δ'αυέντς* factū à Scythicâ forſan, atq; adeò Ponticâ & barbarâ pronuntiatione; ut medio inter Auguſtū & nos tempore ſcriptū *δ'αλης δ'αλέν πινιασος, δ'αλέρωσ* & ſimilia plerisq; publicis in monumentis aſpicimus. Illa politiores mox ad eruditæ temporis uſum reducentes correxere, & quidam noſtrum hoc nomen pertinet, & diphth. v. digamæ mon eſſe voluere altera dyphthongo. *αι* ſcilicet exploſa ejusq; loco *ε*. ſubſtituto, Venetus, quid in uſu permanet fecerunt. Quam latè igitur exſpatiatum ſit Venetū nomen, quosq; ſibi fines aſſeruerit ex paucis iis, quæ retuliſimus ſatis manifeſtū eſſe

arbitror. Succedere inde Romana tempora, quæ per mille ferme annos omnem rerū in Italia geſtarū celebritatē ad ſe contraxere, ſive illi focis & fœdere conjunctis auxilio eſſent, ſen bella ipſi moverent, & fines ſuos aſſiduè proferrent, totiuſq; Italia jus ſibi deniq; vendicarent, cujuſ demū univerſæ imperio potiū, nihil impendi magis curaverunt, quàm Barbarorum eruptiones, poſitis ad fauces omnes cuſtodiis prohibere. Eò legiones ſuas delegabant, provinciamq; iis, quibus maximè fiderent comendare ſoliti erant, legebantur verò potiſſimū ex Romano populo legiones, neq; non univerſa

Hu 3

Italia

Italia, præcipuè autem ex oppidis sociorum, qui pari cum Romanis jure Latii donati essent. Ita quæ ad Tridendas, Feltrianas, & Bellunenſes fauces observandas legiones adpositæ sunt partim Romæ ipsius indigenæ Cives, partim Volſorum manus fuere, ex proximis quippe Romæ locis Priverno antiqua, Seria, Prineſte, Tybere, & oppidis Latini nominis plerisque præiis; cujus locum Catonem appellat Plinius. Antea verò quam fauces hujusmodi Romanorum præſidiis occultarentur exposita erat omnis Italia libidine Barbarorum, licebat illis quocunque tempore in agrum nostrum incursions bona depredari, recta quæcunque essent incendere, pecora, instrumentum hominesque captivos agere, ac omni feritatis genere in Italos deservire. Tutatus est Julius Cæsar partem eam per Carnos, quæ ab Lipientiæ hostio ad Timavum usque porrigitur, quæque in Carnos & in Noricos primis montium jugis sese incipit attollere, & ab eo Julii foro nomen nullà jam posteritate abolendum indidè. Celebratur adhuc in Carnis via in saxei montis latus incisa, uti latinis literis inscriptum C. JULIUS CÆSAR VIAM INVIAM SOLEOT. S. ET IMPENDIO ROTAB. REDD. Vicentinos Salsus Cassili, Proculi, Barbii, Veturii, Artii, Fannii, Aurelii, Marcellini, & alii ex totius Italiæ nobilitate defendebant, quorum adhuc monumenta pleraque toto agro superant. Veronenſes valles Macri, Valerii, Secundi, Horralli, familiarumque aliarum suarum claritate celebres infedere, nostras fauces inter Julium Carnicum, Ballari-nensemque agrum positas Sertoriani milites defendendas eodem pene tempore susceperunt. Hinc Sertoriani, Flavii, Hostilii, Sertoriani, Turrani, Ulpidii, Anisii, Proculi, Poetici, Durenii, Cussonii, Secundi, Præcellii, & ut meos quoque attingam Valeriani, quos nunc vos Bolzanos ab agri cognomine, qui sub Medontis, Castellii olim nostri ditione ad lapidem hinc tertium fuit, appellatis. Atque ita pleræque aliarum Romanorum familiarum speciosa tot, quorum vestigia passim in agro vestra cernitis monumenta reliquere. Romani itaque fuerunt, qui urbem hanc vestram ex oppidulo, quod prius in Arcti fluminis Clivo Euganeo olim, ut omnino confitendum est, muniverant, in eam quam conspicitis speciem, anserunt. Romani Anaxi fluvii nomen qui nunc Plavis dicitur in Plavium, de quo suo loco dicetur, commutarunt. Romani Civiles leges municipio vestro proprias, consularesque titulos Quiritium more sanxerunt. Romani libertatem tam longam annorum serie tanto studio custoditam vobis reparata vestrae urbis initio commendarunt. Ab his aut urbi nomen, quo pacto inditum sit, potius est ut dicere jam incipiamus. Apud auctores Græcos, quorum præcipuus unus, qui rei, quam dicturi sumus historiam perſtrinxit, Svidas in omnium horum manibus, legere est Romanos milites, qui per vallem hanc omnem castellis communitis habitabant, constituisse unum ex oppidulis homini in ampliora spatia dilatare. Cumque situm alii alium, atque alium proposuissent, placuisse demum locum hunc, ubi nunc urbs posita est, quod ab occasu superioris Tropici ad Septentriones exposita staret planities, & si non ad usque adeo ampla, quod in humo pingui, mollique ulgine prædita erat, segetibus oppido apta videretur.

A Septentrione Arctus re, & nomine fluvius profundâ admodum valle altissimoque clivo montis per supremum ejus marginem ducta naturæ beneficio communiret. Ad brumalem ortum frons urbis angustior fieret, uti Aectus Anaxo longè maximo fluvio commiscetur, & eodem Clivo ad altissimam rapidissimamque amnis ejus ripam descenderetur. Ad meridiem denique Clivus idem circumductus in novo fluminis ambitu defenderetur, satisque esse unâ à campo fossa muroque ducto partem eam urbis diligentius præmunire, reliquas facies, utpote, quas situs ipse tutaretur, haud ita multo opere indigere. Accedebat huc fontanæ undæ commoditas afflantissima, quæ circiter quarto ab urbe studio, magno adeo fonte pollulabat, ut in urbem ducta, non modo locis publicis, plateisque omnibus usui futura esset, verum etiam privatis ædibus abunde sufficeret. Fonti ipsi Euganei, ut verisimile est, Græco vocabulo rem significante, Physteris, quia *πυσθηρις* pullulare est, nomen quod adhuc permanet, indidè rant. Ad hæc videbant Anaxum ipsum etiam rapidissimum esse, multaque abundaret aqua, altissimoque alveo glaream infidam secum assidue traheret; ponte tamen, si non lapideo, saltem subleico, ante ipsam urbis amnis faciem jungi posse; Neque eos fallebant commoditates, quæ inde futurae essent in comitatibus, ab utraque fluminis parte comportandis, ipsam denique fluvium à Noricis, Carnicisque Alpibus sed ut uno verbo dicam, à Tauriscis, multis hinc inde collectis per singulas valles amnis. Satis obſtam materiam ligni facti atque infecti plurimam, plumbi, stanni, æris, ferri, calybis, auri etiam magnamque argenti, præsertim vivi copiam ex frequentibus toto eo Alpium tractu metallo fodinis magno

numero provehendam ſuſcepere, quæ omnia ratibus commodiſſime conveſtarentur, quæque aſportanda eſſent eodem inveſta fluvio in Tauriſanum, Forojulienſemque agrum ſex plurimum horarum ſpatio (ea eſt impetuofii fluminis velocitas) exponi poſſe, pedeftrè verò iter facientes primis caſtris in forum Julii procedere, primis in Tauriſanum agrum ingredi, ſecundis in Germaniam inferri, ſecundis adeſſe Vicetnæ, Patavioque ita ſive ſuis opem allaturi eſſent, ſive incurſanti hoſti obviam ituri, locum ad hæc omnia commodiſſimum intuebantur. Quibus omnibus perſuaſi ex ritualibus Etruſcorum libris, JOVI OPTIMO MAXIMO ſacra primùm faciunt, Martis, Vulcanique & Veſte more ſuo numinibus invocatis arcam complanant, mox tauro & vacca junctis aratrum circumducunt, & urtis auſpicata faciem fulco primigenio designant, loco ducendis aquis, tam publicis quam privatis fontibus, non ignaviter excavato. Jamque templa, fora, Prætorium, publica, privataque ædificia deſcribuntur, omniaque opera utilia, & commoda incolis futura locantur ædificanda. Senatulus mox ex antiquioribus & approbatis viris cooptatur. Quadrumviralis dignitas ſub conſulari nomine inſtituitur. Aediles creantur, Tribuni ſunt, Prætores, iudicesque adleguntur. Neque ſacerdotum Poparumque & Saliorum ordines poſthabentur. Non fabricorum, non Centonariorum, neque Dendrophorum, non armorum, & aliarum denique artium collegia negliguntur. Orta interim eſt de nomine controverſia quod id honoris clari admodum plerique viri ſibi adſcribere conabantur. Sed ne ſeditio hinc oboriretur ad auſpicia, uti gentis ejus mos erat, concurſum eſt. Reſponſum ab aruſpicibus. CASUM URBI NOMEN DATURUM. Pax itaque rebus eſſet, continuareturque amoeniſſimæ habitationis ædificatio. Cum ecce tibi monſtroſæ magnitudinis aper ex vici Fortunii faucibus in Poliam Poetici primùm, id enim antiquum adhuc loco nomen, mox in Sergianum campum, & Montis ſervæ radices eruperat, Scalano, Saphortiano, Cuſigio, Cavartiano, Nogarenſique agris prædiſque devaſtatis, Arctianam inde valliculam tranſgreſſus flaviorum planitiem, quæ parti, quæ tergo urbis eſt, adjacet, furibundus invehitur, quæquæ rueret clamorem excitari. Accurrere hinc inde Romanos milites, non Tribunos, non Præfectos, non Imperatorem ipſum Sertorium otioſos eſſe circumvenire aprum, undique hunc è corona modo hac, modo illac, fulminis inſtar elabi, vulnerare multos, plures ambagibus fallere, impetuofio curſu omnes denique deſaſſare. Præerat arcæ, cui urbs amplianda adjuungebatur C. Flavius Hoſtilius ſertorianus, excitatus & ipſe Calidonia hac venatione, ita eam Suidas vocat, forti arrepto veru caſtello egreditur, atque aper, qui urbis novæ foſſas atque vallum ingreſſus erat illico ſit obviam, hunc itaque convicio ſtatim appellat, & Romano more ad congreſſum invitat. Dirigit in eum dentes aper, ille imperterritus hoſtem aggreditur, fixoque intra collum atque armos venabulo immaniſſimam feram primo icu exceptam humi proſternit, trajectaque in ima viſcera teli cuſpide tam diu terræ affixam continet, donec poſt horribiles fremitus ac iteratas vaſti corporis volutationes expiraret, quem mox in humeros ſublatus ipſe ſolus aliquando per caſtra geſtavit. Concurrere omnes admirabundi fortiffimi juvenis virtutem in cœlum efferentes. Suſtulluntque mox ipſi aprum & in rete conjeſtum tranſmiſſis hinc inde contis commilitonum cervicibus impoſitum in triumphi ſpeciem quoquo verſunt, per urbis deſignata moenia circumferunt, quo figeret omnibus conſpicuus. Hoſtilius inter in equo eo ipſo quo publico merebat inveſtus & ipſe ſubſequitur.

Excitantur hinc inde plauſus, acclamationesque inter quas una omnium iterata ſæpius exaudiebatur, vir unus, vir unus, vir unus, quod id incredibile admirationi eſſet, tam immanem belluam unius tantum hominis virtute concediſſe. Excepta ea vox in cauſa fuit, ut quoniam ab aruſpice reſponſum acceperant Caſum urbi nomen daturum, urbs ipſa Virunum appellaretur. Scribunt enim Græci dum nominis hujus cauſam perſerutantur, vocem hujusmodi apud Romanos id eſſe, qui apud eos εἰς ἀνῆρ, atque aprum hunc in modum urbi noſtræ nomen & auſpicia dedidiſſe. Quod ſi quæ apud Sudam ſcribuntur vobis recitari cupitis, ita illic habet. Βηροῦνιον ὄνομα πόλεως νομακῆ καὶ ἔθνος ἐνθαλὸς χεῖμα θεοπέμπτου τῶν χόρων ἐλιμαίνετο καὶ αὐτῶν πάντες ἴππεροῦντι ἔδει ἱνοὺν μὲν ἕως ἀνῆρ τὴν αὐτὴν περιεπιφασὶ ὅτι ἐς ὧμας ἀνέβητο διότι καὶ ἀφικαλιδὸνος μὲν ἐπὶ ὄνένομα καὶ ἐπέδοσαν εἰς ἀνῆρ πῆδη Φωνή τῶν περὶ βηροῦντος ὄνη ἢ πόλις βηροῦντι ἐκλήθη. Aſt hæc video, Latina depoſitis geram vobis morem. Berunium urbis nomen, Norica vero gen, ubi ſuis portentum à Deo miſſum regionem omnem devaſtabat, contra quem cū

omnes



omnes progressi essent, nihil, quicum profecere, donec vir quidam Apro factus obvium, eum & confecit & in humeros sustulit, cujusmodi illud est, quod sine super calydonia fabulantur; Norici vero admirari juvenis robur acclamaverunt voce patria vir unus, vir: unus, quod Græcè sonat *εἰς ἀνὴρ* unde urbs Virunum appellata est. Sed ne forte quis me fabulari fabulas arbitraretur, mihi que eò succentat, quo inno aliorum fabulas & commentitias historias carpere visus fuerim, non dissimilia tamen ego pro veris venditare aggrediar, hæc urbe de nostrâ dici ab antiquis monumentum indicat, paucis admodum ab hæc annis, dum Stephanian Basilica reficeretur, terra erutum, in quo scilicet historia hæc de Apro ab uno tantum viro confecto, deque eo in triumpho speciem circumvecto pulcherrimo opere circumscripta est. Et quoniam hæc de sermones facientes peropportune juxta fontem Stephanianum confectus. Aspicite obsecro monumentum ipsum è proximo, atque hinc Flavium Hostilium Sertorianum, Romanum equitem, multis & magnis honoribus insignitum, cujus gloria vetustatis edacitatem in hæc usque tempora superavit, agnoscite. Animadvertite quid ab hoc primùm latere sit insculptum, Nonne præstantis formæ juvenis, qui solus aprum immanem venabulo trajicit. Hæc vero altera facies quam describit Historiam? Aspicite primum omnium vastum id corpus aprum coniectum in rete, considerate, quem præ se ferunt laborem viri valentes illi, qui plagarum contis in collum coniectis obvolutum aprum sustulere. Videte Hostilium eundem in equo insidentem, ut lato atque hilari fronte subsequitur. Observate turbæ concursum, manusque ipsas ad cœlum surrectas, nonne inde insignis illius victoriæ admirationem, plausum, & acclamationem, & vocem etiam eandem ipsam, quæ apud Sudam, Virunus, sonare, referrique subintelligitis? Nimirum historia hæc eadem est, quam ab auctoribus Græcis traditam dicebamus. Quod quis venationem in medio positam esse dixerit, unumquemque studium ejus profiteri potuisse, non negabunt tamen, quicumque rem ita sculptam inspexerint, eam ad historia Græciæ argumentum plurimum convenire, neque absonum dixerit quisquam aprum in causa fuisse ut urbi nomen imponeretur. Cum aper Ephesiorum urbi condenda locum ostenderit, suis Aeneæ, Cadmo vitula, Ilo bos, & passim apud auctores his similia, & nostris longè etiam leviora conscripta sint. Sed age nihil contemur etiam quoque conditorii faciem contemplari. Est hic, ut videtis, juvenis ejusdem effigies quæ cervum comprehendit, gestus verò hominis ejusmodi est, ut cornu alterum, quippe levum, decutere conatur, puto ut aliorum id avertat, alterum in sua statione contineat. Hæc est, Viri Bellunensès, vestrae urbis facies, quam ut facile conjectari possumus Hostilius ipse descriperit. Nam facta est hæc urbs ad Cervini capitis similitudinem, quæ & Brundisium, unde illi nomen, quod ut Seleucus secundo linguarum ait *Ἐγύτιον* Messapiorum lingua, significat, Cervinum caput. Et si parva componere cum magnis, habet & quandam magni Byzantii formam. Illa enim in procurrenti promontorio posita pro fronte quæ orientem solem atque meridiem spectat, alluitur propontide, à Septentrione angusto mari à continente dispescitur, ab occasu muro per planiciem ducto clauditur. Vestra verò urbs in promontorii similitudinem ab occasu ætivo Capricorni ortum versus exportigitur, & à lato Cervini capitis instar in Augustum procurrit. Ab ortu hyemali neque non meridie altissimo clivo, quem Anaxus ambitu flexuoso lambit, cingitur, à Septentrione Arcto angustiori fluente ad imum clivum qui ejusdem est, altitudinis, alluitur; donec in ipsius urbis conspectu in Anaxum ipsum influat, ab occasu tropici superioris fossa lata, muroque præalto munitur, pro urbis latere hoc area est, quæ ante portam primariam instar Theatri circumducitur ædificiis, atque hæc ipsius Cervi frons videtur, aures ut in Cervo amplæ, ita ab area duæ longè patentiores plateæ porriguntur, publicis ambæ fontibus & privatis ædibus instructæ, quarum una occidentem versus, inter urbis fossas, & longum admodum suburbium dicta Hippodromi usum præbuit. Altera in Aquilonem versa thermis vel Basilicæ, vel utriusque rei commoda olim fuit. Nam puer cum essem, & Stephanian Basilicæ fundamenta ultima jacerentur, multa memini me magnorum ædificiorum vestigia videre. Quotidiè vero ex antiquis operibus lapidei alvei inde passim eruebantur qui mox in cives distributi privatis fontibus lacuum usum exhibuerunt, ex eorumque numero esse celeberrimum hoc Flavii conditorium modo dicebamus. Sed ut his omis ad rem nostram redeamus, Cornua, quæ insculpto Cervo cernuntur suburbanas hinc inde vias damorum frequentius constipatas, & in plures Angiportuum ramos deflexas indicant, quarum quæ Occidentem versus

Tendit in plano eſt, quæ ad ſeptentrionem declivis & ad ſtadium Arctum dejecta, idque fortæſſe ſibi vult cornu illud, quod levâ manu deprimitur. Pro cervi verò oculis binæ in urbe veſtra arces fuere, in duobus quippe murorum angulis, in his autem cuſtodias eſſe mos eſt, & oculus cuſtodie ſignum quamvis quæ olim à levo cornu erat, diruta nunc ſit, & ſola oſtentet fundamenta, quorū e. iam bona pars foroniorum civium veſtrorum aditus occupatur. Optat cervus aquarum fluentia, optare videtur urbs veſtra, ut exporrecto ad Anaxium rictu ſe inde proluat, ideoq; linguam extra dentium clauſtra exierit. Hoc dubio procul eſt ſuburbanum illud tot ædibus frequens à porta Ruderum toto cli-vo poſito ad marginem uſque ſtadium, quod in ulteriorem ripam uſque protenditur. Sed hæc fortè nimis poëtica videantur; quare ea potius conſectemur, quæ ad Flavii noſtri celebritatem pertinent, quique is fuerit ex ipſa Conditorii memoria perſpiciamus; quæ quidem ut videtis, ita habet.

STILIUS PAP. SERTORIANUS. Quod puto vos non ignorare verbis his explicandū eſſe. Cajus Flavius Hoſtilius Papinius Sertorianus. Subſequentur inde monosyllaba duo iisdē penè repetita literis LAUR. LAV. Quod fortium militum & eorum maxime, quorum opera, & labore victoria triumphalis comparata eſſet præmium erat. Sacris enim laurentalibus quæ prius in Acia Laurentia, quæ Romulum & Remum educaverat, honorem inſtituta milites ii, quorum virtus in bello maxime enituiſſet, nominatim celebrabantur, accedabatq; viroꝝ fortium titulis ſempiternis, ut Laurentalibus laudati dice- rentur. Iſtius modi inſcriptionis forma aliquot litteris locupletior habetur eo monumento, quod Feltria victura vetuſtatis memoria conſpici- tur in hunc modum.

C. FL. HOSTILIUS  
PAP. SERTORIANUS  
LAUR. LAV. P. E. Q. R. M.  
SIBI ET DOMITIÆ  
T. FILIÆ SEVERÆ  
CONJUGI INCOMPABILL  
V. F.  
ΓΡΙΡΟΠΙ ΧΑΙΡΕ  
ΟΡΕΛΙ ΑΕΙ  
ΜΝΗΜΩΝ

Hic eſt igitur veſter Flavius Hoſtilis Romanus Eques multis & magnis honoribus inſignitus, quem urbis noſtræ conditorem arbitramur, in cuius gratiam Anaxum amnem Flavium appellatum, mox corrupta voce in Flavium abiſſe maxime veriſimile conjectura dicebamus, quam & Flaviola planities, quæ urbi contigua eſt, videtur ab eo nomen accepiſſe, cum hoc præſertim in eâ, uti vidimus, conditorium repertum ſit, quo ſuper ambigere poſſe neminem exiſtimamus; nobis ſig- gatur maxime lætandum, quod Flavii noſtri memoria vetuſtatis edacitatem in hæc uſq; tempora ſuperavit. Sed age, quoniam ita vos cupere animadverto, inſcriptionem ipſam, quibusdam literarum notis, quæ punctis ſingula diſtinguuntur, obſcuram luci dare, & quicquid in ea eſt ambiguitatis explicare aggrediamur, mox utrum Bellunum & Virunum idem eſſe poſſint, & quo modo nominis mutatio facta fuerit, ſi per otium licebit, examinabimus. Inſcriptio eſt C. FL. HO-

C. FIRMIOC. F.

MEMEN. RUFIN. EQ. PUB.  
LAUREN. LAV. DEC. FLAMIN.  
PATRONO COLLEGIORUM  
FAB. CENT.  
DENDR. FELTRIAE  
ITEMQUE BERUENS.  
COLLEG. FABR. ALLI  
NATIUM PATRONO.

In inſcriptione hac pro LAURENTALIBUS LAUREN. una plus ſyllaba quam in noſtra ſit notatu videtis. Sed enim ſingula illæ litteræ P. E. Q. R. M. magnam omnibus faciunt ambiguita-

X x

te

tem. Quod ita consentientibus hujusmodi anti-  
quitatum peritis interpretamur. Publico equo  
Romano meritis, frequentissimum id in titulis  
E. Q. PUB. hoc est equo publico absq; alia verbi  
merentis, aut militantis adjectione, quod non-  
nulli equiti publico ineptè legunt. Nam equo pu-  
blico nulla dempta littera habetur in pleriq; ve-  
terum epigrammatibus, ut in quodam Foro juli-  
ensi, quon heri Ambrosius Regiensis juventutis  
vestra moderator optimus à se descriptum of-  
fendebat. Ejus copiam mihi fieri jussi, quæ qui-  
dem iis literis inscripta est.

T. VETIDIUS  
T. F. SCAPT.  
VALENS  
III. VIR. JVR. DIC.  
QVINQ. PONTI  
SIBI ET  
T. VETIDIO  
POTENTI FIL.  
EQVO PUBLICO  
ANNOR. XX. M. III. D. V.  
T. F. I.

SERVILIO POLIAM  
EQVO PUBLICO  
DECURIONI  
SERVILIUS VERUS  
PATER  
UT FIERET PETIT  
L. D. D. D.

C. PRÆSIO  
P. F. FAB.  
ÆMILIANO  
SENIORI  
EQVO PUBLICO  
OMNIBVS  
HONORIBVS  
MUNICIPALIBVS  
PERFUNCTO.

Est & alia Neapolì sic inscripta.

M. VECTIO  
M. F. PAPIO  
EQVO PUBLICO  
PRÆFECTO COH.  
VI. THRACUM.

Ita declaratum est Ciceronianum illud in An-  
tonium, ibi altera statua equo publico. Sed an-  
tea quàm ex equo hoc descendamus, non dubita-  
bo vobis dicere, in aliquot monumentis dici solitum,  
Exornatus equo publico, ut Beneventi anti-  
qua admodum inscriptione legitur. Q. PLOTI-  
US. Q. F. QUIR. ROMANUS EXOR-  
NATUS EQVO PUB. & quæ sequuntur  
Alibi legas habenti Equum publicum, ut Roma  
ad portam Appiam in jugo C. CORNELIO  
PRICI. F. HABENTI EQUUM PU-  
BLICUM. alibi equo publico donato ut apud  
Cordubam in Hispanià SENECE TARG-  
ÆD. Q. II. VIR. EQVO PUBLICO DO-  
NATO. Sciendum verò Equites apud Romanos  
ut Cicero ad Atticum indicat ordini Senatorio  
fuisse dignitate proximos.

Sed

Sed ut nihil relinquamus intactum, in inſcriptione Vettidiorum, tria illa elementa ſubſcripta. T. F. I. nil aliud ſibi volunt quam *teſtamento fieri juſſe*. In Hoſtiliano locutiones quinque Græcis ſcriptæ litteris ΓΡΗΦΟΙ ΧΑΙΡΕ ΟΡΕΕΙ ΑΕΙΜΝΗΜΩΝ. Salutationis iſ modus eſt à rebus quarum ſtudio ſalutatus afficitur. Vigila, delectare montibus ſemper memor. Sed enim ipſa naturæ ratio non ſatis literata eſt cum in locutione *επιγραφαι* litera ea deſideratur, quæ EL diphthongum facit; Sed minime mirum hoc, quia milites arma magis quam litteras norunt. Et una quæq; ætate paſſim multa; ita deluxata, curta, inverſaq; obſervet, quod plerumq; vocis, quæ in uſu eſſet, ſonum potius, quam ſcribendi rationem ſequerentur. Sed quoniam Epigramma illud, quod allatum Feltria vobis legendum tradidimus multas ut video inter vos ambiguitates excitavit; operæ pretium fuerit eas explicare: vicinitas n. id juris habet, ut quæ honeſtè poſcat, meritò debeat impetrare, quibus quidem declaratis ad apertior nobis fiet via ad ea probanda, quæ de Belluni nomine vobis indicanda ſulcepi. Sed illud ne in tam apertè multum immoremur, manifeſtum, quod C. FIRMIO C. F. MENEN, RUFIN. tantumdem eſt ac ſi ſcriptum eſſet; CAJO FIRMIO CAI FILIO MENENIO RUFINO, idque potius quod ſubſequitur interpretabimur. E. Q. PUB. LAUREN. LAU. DEC. FLAMIN. PATRONO, idem eſte ac ſi ſcriptum eſſet, EQUO PUBLICO LAURENTALIB. LAUDATO DECURIAE FLAMINUM, vel FLAMINIAE PATRONO. Sequuntur inde verba pleraq; detruncata COLLEGIORUM FABR. CENT. DENDR. FELTRIAE ITEMQ. BERUENS. id eſt: COLLEGIORUM FABRORUM, CENTONARIORUM DENDROPHORUM FELTRIAE ITEMQ. BERUENSIUM. Additum mox COLLEGII FABR. ALTINATIUM PATRONO, quippe COLLEGII FABRORUM ALTINATIUM PATRONO, ita ut Collegia fabricorum, Centonariorum, & Dendrophorum pariter & Feltria & Beruæ fuiſſe, Altini fabricum tantum intelligatis, quorum firmius iſ patronus eſſet. Beruam autem ætatis noſtræ peritiores Polzanium eſſe volunt, Plinianum ſecuti ordinem Feltrini, Tridentini, Beruenſes. Quod verò FABR. & FABR. pro FABRUM poſſeſſivo caſu numero multitudinis poſitum ſit, nemini dubium eſſe crediderim, quoniam id inſcriptionis paſſim habetur. Unde verò CENT. pro CENTONARIORUM & DENDR. pro DENDROPHORORUM commentari didicerim aperiendum. Multæ ſunt veterum inſcriptiones, quæ huiusmodi locutiones litteris omnibus explicant, ſed ut interim Romanos, quæ plurimæ ſunt, præteream, quam Brixia antiquo monumento à ſe olim lectam, & cum fide deſcriptam ad nos attulit Jurisconſult. civiſque veſter Theodorus Paganus, afferam. Ita enim eſt.

COLL. FABR. ET CENT.  
SEX. SEXTIO ONESIGENI  
ORNAMENTIS  
DECURIONALIBUS  
BRIXIÆ. VI. VIR. AUGUSTAL.  
PATRONO COLLEGIORUM  
FABR. ET CENTONARIOR.  
ET DENDROPHORORUM.

PRÆT. LEG. XX. VALEN.  
 VICTR. PRIMOP. LEG.  
 X. GEM. PIÆ. FIDEL.  
 CENT. LEGION. III.  
 SCYTHICÆ. XI. CLAUD. XIII. GEM.  
 VII. GEM.  
 PATR. COL. JUL. AUG. PARM.  
 PATR. MUNICIPIORUM FORODRUENT. ET FORO  
 CENT. ET  
 NOVANTR. PATR. COLLEGIOR. FABR. ET  
 DENDROPHOR. PARMENS. COL. CENT.  
 MERENTL

Satis igitur vobis, liquet Centonariorum & Dendrophorum apud majores nostros collegia fuisse, esseque nunc præcipuè. Erant verò Centonarii, qui centonibus vestibus militaribus contextendis operam dabant. Nam hujusmodi vestes veçigalis nomine publicè militibus impendebantur, & in hanc usque diem Feltrini hujusmodi crassioribus pannis contextendis plurimam impendunt operam. Dendrophoci verò, ut Græci planè vocabuli significatum ostendit, ii sunt, qui ligni materiam, quæ per nostra pluriùm flumina in Adriaticum Venetias assiduè convectatur, traducendum redimunt, quos à ratibus eâ materiâ contextis, ratiarios vocitabis, exercitatores ratiùm Ulpianus. Quantum igitur ad Hostiliani Epigrammatis intellectum pertinet, satis hæcenus explicuimus quidque Græci de urbis vestræ nomine tradiderint, intellexistis, quibusque conjecturis adducar in eam sententiam, ut si quis Romanorum urbè vestræ nomen dederit, eum fuisse putem, cujus nomen & historia eadem ipsa, quam super apro ab uno viro confecto, Suda memorat, antiquissimo sculpta monumento conspicitur. Reliquum vero esset, ut unum vobis scrupulum eximerem, qui vos addubitare tacit, utrum Bellunum & Virunum eadem esse urbs credi possit, quod tamen ut vobis testatissimum relinquam, longe mihi facilius erit, quam historiam ex Græco fonte haustam de vestræ urbis origine nuper explicuisse. Sed quoniam satis hodie locuti sumus, & sol jam inclinatus occasus proximus est, privatæque vestrum negotia incumbunt, de chorographia, situque Belluni, quæque fuisse videatur in nomine demutationis causa, & aliis quibusdam ad urbis antiquitatem & gloriam pertinentibus in crastinum dicere differemus. Sapientissimi enim viri dictum memini, summo opere cavendum, ne vel juvandi studio simus apud quempiam Importuni. Vos interim valebitis.

JOAN.

JOANNIS PIERII VALE-  
RIANI  
ANTIQUITATUM BELLU-  
NENSIIUM.

## SERMO SECUNDUS.

**N**imirum video, viri Bellunenſes, non ingrati vobis fuiſſe heſternam dictionem meam, quæ C. Flaviuſ Hoftiliuſ Sertorianuſ veriſimilibus quidem argumentis urbis ipſius veſtræ ſi non conditor, certè vel ampliorem, vel Colonia deduc- torem indicabat. Pro indicio autem rei vobis placide accipio, quod adeo fre- quentes hodie ad audiendum conveniſtis, qui heri uno prope minus viginti caſu ad fontem Stephanuſ, & ipſius Hoftilii conditorium aderatis. Hodie. Hodie verò chryptoporticum hanc omnem magno adeo numero compleviſtis. Dabo igitur pro viribus ope- ram, ne vos acceſſiſſe huc pœniteat, ſi ulla patriæ veſtræ non inani quidem gloria, ſi antiquarum re- rum cognitione, ſi veritatis ſtudio ducamini.

Ulla verò primò omnium difficultas expedienda eſt, quæ diu doctorum quorundam animos ſollicitos habuit, & in hanc uſque diem aqua hæere coëgit, cum apud Pliniuſ & Ptolomæuſ Græ- coſq; nonnullos, qui vel de ſitu orbis, vel de urbibus aliqua conſcripſere, Bellunū inter Venetas ur- bes adnumerare depreſtenderes. Virunuſ tamen, quam eandem eſſe aſſerimus, apud eundem Pliniuſ videatur in ea eſſe oppidorū nomenclatura, quæ nonnulli ad Ripenſes Noricoſ pertinere falſo exi- ſtimant. Quæ quidem loca recitata, examinataq; explicatiorem opinionis noſtræ intellectuſ effi- cient. Qui ſit igitur Pliniaſ in hiſ locis deſcribendis ordo, videamus. Unde vigeſimo libri tertii ca- pite percurrit, Primò Pliniuſ oram Venetiæ maritimam, enumerat inde flumina ad oricum uſque, non ea per oſtioruſ, quibus influunt in mare ordinem, ſed à fontibus quædam, atque hoc illud eſt, quod majori, minoriq; Tiliavento decurſis Anaxuſ mox ponit, quo Varanuſ deſluit. Hinc oppida littori viciniora, Altiſnoque per Iſtriam, Liburniamque uſque procedit. Mox ad Mediterranea re- gionis ejuſdem revertitur, à Cremona ambituſ omnem amplectitur Aceduſ uſque Bellunuſque provectuſ. Hinc Vicentiã retrovertitur, inde Mantuã. Sed agite nunc. Qua regionis decimæ parte, locoque ſita ſit Bellunuſ inſpiciamus. Ita fiet, ut quæ ſpiſſa adeo videntur deſecata dicendo clariuſ eliceſcant. Sane verba Plinii ſunt. In Mediterraneoſ regionis decimæ Idonia Cremona, Brixia Cenomanoruſ agro; Venetoruſ Adria, Ateſte, & oppida Aceduſ, Pataviuſ, Opi- tergium, Bellunuſ, Vicentiã, Mantua, Tuſcoruſ trans Paduſ ſola reliqua. Videtiſ hinc urbium ordinem, non tamen de ſitu ſumtuſ, neque per Alphabeti ſeriem, cujuſmodi fuere Octaviani Au- guſti Commentaria diſpoſituſ. Nam ab Acedo, quæ nimiruſ in Pontificuſ Romanoruſ acſis Ce- nota nunc eſt, urbuſ olim & magna & opulenta, quamvis nunc magni ſui parte vici ſpeciem exhibeat, arce ipſa ſola adhuc muro cinctã. Ab hac inquam inter Bellunuſ & Opitergium media, Tarviſio præterito, quod nondum forſan urbuſ illa condita erat, Pataviuſ provolat, inde veluti quodaſ au- rigandi ſtudio, repetito in contrariuſ itinere Opitergium revertitur inde Bellunuſ, Acedo media. Inde Vicentiã uſque tranſcurrit inmemor Feltria, quæ nunc in haſ media, ſed ipſa quoque ut nonnulli putant nondum extabat, quod abſurdum dictuſ, cum ſtatim Feltrinoſ & Tridentinoſ inter Rhætoſ enumeret. Ita apud Ptolomæuſ ordine magiſ torvoſo. Venetæ Civitateſ Medi- terraneæ ſunt. Tridentuſ, Bellunuſ, Vicentiã, Opitergium, Aceduſ, Ateſte, Pataviuſ, Altiſnuſ. Neque hic ulla eſt Tarviſiæ memoria, perinde ac neque Feltriæ. Sed utrumque poſita ſint hæc

à Cosmographis, agnoscunt jam illi Bellunenses Venetos, quos Græci dubio procul Virunetos modo Virunios vocant, Juncturus inde Plinius Venetis & Rhoetis provincias subsequentes capite vigesimo incolas ponit Alpium, juncta Carnos inquit, quondam Taurisci appellati nunc Norici paulo post de Noricis ait: his contermini Rhoeti. Inde nobis hinc ita relicta per Lepontios transcurrit maritimam & ejus iusulas descendit: ac per Liburnos ad Titum usque fluvium provehitur. *Mox XXII. & XXIII. cap. à Liburnia Dalmatiam perquirat, productoque itinere ad oram usque Macedonia qua parte Adriaticum attingit, ubi oppidum Oricum à Colchis conditum memorat, unde mox initium Epyni, inde ad Carnos & Japidas retroverfus, montana quæ ad septentrionem reliquerat describitur, principium capit à Carnorum Japidumque finibus atque Rhoetis, inter quos nos mediū fumus. Ait enim: Rhoetis junguntur Norici, quod quidem principium esse debet vicissimi quarti capit, si libri continui sunt in capita dividendi, in hunc modum. A tergo Carnorum & Japidum, qua se offert magnus Ister, Rhoetis junguntur Norici, ubi animadvertendum est, quod in Venetis & Rhoetis describendis, ab meridionali parte Bellunum usque pervenerat, Noricos mox percursum qui à tergo Carnorum & Japidum incipiunt & ad Septentrionem inde porriguntur, ab eadem in finibus urbe posita exorditur. Inde ad magnum Istrum profecturus, unde mox iter dirigit in Pannoniam. Oppida vero Noricorum enumerat Virunum imprimis, mox Celeiam, Teurniam, Aguntum, Aemomoniā, Claudiam, & alia, quæ hic non habeo necesse commemorare, præcipue cum mihi fides facienda sit Belluni nomen ex Viruno demutatam. Sed ut hæc plinius intelligantur, non abs re fuerit ut semel Noricorum fines investigemus. Capite XXV. Pannoniæ fines positurus Plinius à fronte ait Scordiscos esse, à tergo Tauriscos; eosdem autem superius Noricos appellat. Et Strabo Noricorum aliquos vocari Carnos, Tauriscos alios scribit. Quod summonet apud Plinium, ubi Anaximandori ait in montibus Tarvisinis, Tauriscis forte legendum esset, nam apud hos omnino nascitur: Quanquam quod ad Tauriscos attinet, sunt literatura nobiles admodum viri; qui hodiernum vulgi sermonem secuti, nostros hos finitimos populos Tauriscos potius, quam Tauriscos vocatos ab auctoribus suspicentur, quod Taux vulgo, qui Latine Teutor dicitur, & toto hoc Alpium nostrarum tractu Tauri nunc appellantur, Taurisci tamen passim Plinio sunt & Straboni. Quamvis Eratostenes Tauriscos scribat, & Taurinos tertio Polybius. Apud Stephanum simpliciter *Ταυρισκοί, ἔθνος ἐν τῇ πρώτῃ ἄγρῃ*. Sed quod eos Eratostenes per e prima syllaba scribi admonet, eosdem & Troos vocari dicit, quod quidem consensum habet cum iis, qui Antenoreos quoque hoc diffusos tradunt, & in Ripenses usque Noricos penetrasse, de quibus monumentum antiquum in termini formam primo sermone nostro vobis indicavimus, quo minus ridiculum videatur præclaros esse Teutonici nominis Heroes, qui se originem ab Hectore, & fratribus ejus duxisse profiteantur. Igitur ad nostra redeamus. Palam est Noricis finitimum esse Julium Carnicum, si Plinio, si Ptolomæo, si nostrismet oculis credimus. Nam id vicinorum nostrorum nomen adhuc perdurat in colume. Japidia nimirum ea est; cujus bona pars nunc Fori Julii patria nuncupatur, de qua ad Maronem. *Et Japidis arva Timavi*. Pars etiam ad Istriam pertinet. Sed ea demum urbem nostram, ut video errabundam, palantemque perquiramus. Foro Julienfes, à meridie dubio procul nobis sunt contermini, ab Oriente Carni, à Septentrione Noricis inferimus, iique Taurisci jam sunt, ab occasu Rhoetos ad septimum lapidem habemus. Extat Antonini Augusti itinerarium, si modo illud Antoni est; utcumque tamen receptæ fidei commentarium habetur. Ibi digressis ab Aquileia, Viruno, Montana statim offeruntur quorum primi se nobis exhibent Cathorini. Nam eam Norici partem, quæ supra etiam Anaxi fontem, & rivos in eum amnes confluentes, per arcuissimas profundissimasque valles hinc & inde præcipitatos pertinet, in Bellunensem usque agrum, Græco vocabulo vulgus Kathore vocat, qua locutione populi montium accolæ significantur, Tantundem enim est *καθ' ὄρη*, quod per montes, ut ex hoc quoque nomine verè; pueri Græco, Græcorum gentes hic olim habitasse cognoscimus, ne fabulosum quis putet, quod heri Euganeos in hos montes se recepisse dicebamus. Hi verò à meridie Carnos finitimos habent, & reliquot eorum vicis imperant, gens civilibus admodum ornata moribus, ingenio, facundia & reliquislibet, industria celebris, ante omnia autem fide in Venetum nomen incomparabili, & ob id legitur.*

legib. ſuis vivere permiſſa, illuſtriſſimi Senatus Veneti liberalitate, tributorum, operumque omnium immunitate donata. Aa occaſu Rhoeti nimirum ſunt, in quibus primum Feltria recenſetur à Plinio, urbs ea ad occidentem ſolem, Belluno digreſſis Rhoeticarum prima brevi admodum ſe nobis offert itinere, & niſi oculis noſtris interpoſito colla ſummo veretur, jam nunc in conſpectu ex hoc loco eſſet.

Quinque igitur Gentium mediæ commoditates noſtras Rhoetis, Noricis & Carnis alpinis Gentibus, Campeſtribus Foro Julienſibus, & Venetis communicamus, ita vicinitas in cauſa fuerit, cur modo huic, modo illi regioni adſcripti fuerimus, quibus tamen brevi ſpatio contermini ſumus. A Rhoetis enim ſeptem non amplius paſſuum millibus diſtamus. Noricum à nobis principium ut dictum eſt, ſumit; Carni proximi finitimi & ipſi ſunt, Foro Julienſes contigui; Taurifani ipſi quoque non procul quamquam in Rhoetos vicis aliquot ingredimur. Mediterraneorum Noricorum montana ad Septentrionem latè obtinemus, quorum aliquot Caſtella in tumulis diuioni noſtræ ſubjecta ſunt. Foro Julienſes verſus, quorum aliquando limes Plavius urbis noſtræ conſpectum fuit & in eorum nos aliquando planitiæ provecti, non pauca ejus regionis oppida tenuimus, in aliquot tamen paſſuum millia porrigimur.

Quod verò Plinus Noricos ait produci uſque ad magnum Iſtrum, ut hæc rectius percipi poſſint, ſciendum eſt Noricorum populos alios Ripenſes, alios Mediterraneos appellari, ut in Theodoſii, Honorii & Conſtantini Imperatorum commentariis aliquot obſervavimus. Ripenſes illi nimirum ſunt, qui per Iſtri ripam, & eam agri partem extenduntur. M. diteranei, qui per alpes in noſtram uſque regionem porriguntur ſub auſpicatiſſimo Auſtriæ nomine maxima ſui parte comprehenſi. Quod verò in hoc tractu, locoque, ubi noſtra urbs, Viruni ſunt apud apud auctores mentio primum Sudas rerum, locutionumque antiquarum collectior apud Græcos diligentiffimus teſtis eſt, qui Βηρενοι Italicam urbem agnoſcit, & nomen illi è Romana voce, quod heri dicebamus, inditum oſtendit. Neque magni faciam, ſi quis Apri hiftoriam, quæ opere prorfus antiquiſſimo apud nos in marmore ſculpta eſt, eam eſſe quam enarrat Sudas contentioſius abnegarit; cum Stephaus in eo compendio, quod ex Hermolai Geographia contraxit, Virunum in Noricorum mediterraneis ſtatuat, & Italicam urbem dicat, cujus hæc ſunt verba, Βηρενοι ὡς Λουγδῶν Ἰταλικὴ πόλις μετὰ τῶν Νορικῶν (ita enim in caſtigatis codicibus non ὡς Λουγδῶν, ut in impreſſis hæcenus habetur exemplaribus. (Τὸ Ἰθρικῶν Βηρενοῦσι ὡς Λουγδουνησι, quod ita latinè reddi poteſt. Virunum & Lugdunum Italia urbs in Mediterraneis Noricorum gentile nomen Verunefius, ut & Lugdunefius. Porro nusquam loci urbs eſt ulla, quæ ſimul & ad Noricos, & ad Italiam pertinere poſſit, niſi una Bellunum noſtra. Neque tamen credideritis, quæ modo Βηρενοι, modo Βηρου. Græcis eſt, quod alicubi perperam Βηρου per η, ſcriptum eſt, eam eſſe poſſe Veronā, quamvis nonnulli capti ſunt nominis vicinitate. In Rhoetis nimirum illa veterum quorundam auctorum conſenſu originem à Thuſcis ducit, ſive ut nonnullorum eſt ſententia, de qua ſermone ſuperiore, à familia quæ vera vocabatur; ſive debita aliquando à Breno inde Gallorum Rege inſtaurata. At Virunum, uti oſtenſum ab Euganeis coli coepta, à Romanis aucta, nomenque inde hoc à deſta pertinet ad Noricos. Illa in prima planicie agri Veneti Rhoeticorum montium radicibus adhæreſcit. Hæc in valles hæc citra faltus Aredi, & Marini Vallis jugum, reducitur aliquantulum ab ejuſdem agri planicie receſſit.

Illà ad Amœnum Athelin Venetiæ primæ, hæc ad Plaviium, ſive Flaviium jam dicere malueritis Venetarum quæ ad Septentrionem vergunt, urbium ultima. Quo loco illud animadvertendum eſt, nominis hujus æquivocatione factum, ut qui Aneæ Pii rerum Germanicarum, Boemiarumque volumina recentius deſcripſere Veronenſes, pro Virunenſes qui nos ſumus eò loco poſuerint, ubi de acceſſione ad Othocari Boemorum regis imperium facta; ſcribit Pius eum Auſtria potitum in Adriaticum littus fines porrexiſſe. Ad cujus auctoritatem Virunenſes (ita enim legendum eſt, non Veronenſes, Feltrini, Taurifani, & Foro Julienſes plerique alii ſeſe contulere. Ita Verona non ſua, ſed librariorum aut ſcriptorum culpa, qui regionum ſitus non ita exploratos habebant, Barbarie illius temporis omnia promiſcente, multarum rerum memoriæ, quæ ne videar importunus prudens

prate-



præteribo, per equivocationem bis ad eam, quam facile recuperare possimus, si ubi de civitatibus aut oppidis inter Auftriam, & Forum Julii Taurisium, Feltrumque agitur, quotiescunque Veronenses occurrerint, eruditus lector Bellunensis, sive ut peritiores utique scripturarum, Virunensibus vel Virunensibus reposuerit, quod si parum Græcorum fidei auctoritatibus, recitavi vobis ex moerario Antonini credito Viruni nomen, idque Bellunum esse probavimus. Quod si quis Virunum in Ripensibus esse contenderit, eamque esse, ut putare nonnullos video, quæ nunc Neistat voce Teutorum appellatur, videretur Antonius, aut quisquis ille fuit vir dubio procul accuratissimus itineris ordinem confudisse, cui, si hoc his demus dicendum fuerat. Ab Aquileia, Montanis, Virunum, non autem ut dicitur ab Aquileia, mox Viruno montana adiri. Unde manifestum est Virunum ad eam pertinere partem, quæ citra Alpes est. Habemus & aliud testimonium, atque id re ipsa locupletissimum, quales quantumque sit in urbe nostra collegium eorum qui & enses & arma reliqua fabricent, summa omnium commendatione celebrata nemo vestrum, nemo veterum ignoravit, quam gloriam Jacobus Bellunensis nostri sanguinis vir Seravalle quoque ubi uxorem duxerat eoque transmigraverat, paucis ante annis transtulit, & usque adeo auxit alumnorumque educatione propagavit, ut nunc tota penè Italia enses hujusmodi revera Norici, hoc est Verunenses, Seravallici ob emporiorum vicinatas nuncupentur. Cùm tamen Seravallensium officinæ maxime contentendæ cultellariæ potius sint quam spathariæ, ut Græcum vocabulum toga induam, in vulgus olim jam receptum, cum præsertim Vegetius id agnoscat, & eò gladios in majores significari tradat: Hi verò Belluni tanto numero cudentur, ut quamvis multæ sint eorum officinæ, nemo tamen maniceps hujusmodi operum, quem mercatores possunt numerum explere possint, sed pretio in futuri anni opera prænumerato omnes abeunt, quasi futuri anni frugem promerenti. Audit igitur ex Constantinianis commentariis, qualia nam essent tributa, quæ illius temporis Imperatoribus solvebantur, antiquissimo hujus æconomice libro, quem Romæ apud Massæos lege ita notatum inveni, schola Concordiensis, Sagittarii Berunensis Scutarii & armorum, & quæ sequuntur Videtis apud hunc Berunum apud Antonium Virunum de urbe eadem dictum. Neque suspicor quæquam ex peritis dubitare jam, quin illi unum eundemque locum intellexerunt. Ita autem Bellunensis schola armorum erat ut Mantuana, quod iisdem commentariis sequitur Loricaria, Cremonensis scutaria, Ticinensis acuarialucensis itidem spartharia, quanquam nihil me offenderit (quando nonnulli hodie importunè admodum. Noricos ab hoc tractu summovent, neque cum fluviis in Italiam cadentibus commune quicquam habere contendunt, quorum ego descriptiones aliorum judicio reliquerim) aliam esse urbem juxta Danubium, quæ ut isti commentantur hodie, ut supra meminimus Neistat barbaro vocabulo nuncupatur, olim Virunum appellatam. Nam ne Geographos minus inspicere videamur, in Germaniæ climate Virunum à Ptolomæo recensetur, quod oppidum esse nonnulli alii volunt, quod vulgò nunc Indenburk appellatur. Quid vero mirum si Ptolomæus, qui Tridentem in Venetia posuit Virunum in primi Norici montis costa positam ad Germaniam pertinere crediderit: Præterea longe aliud ad Parallelorum normam urbes supputare, aliud provinciatum, ut ita dicam, per regiones singulas oppida denumerare. Adhæc nonnunquam eorum qui rerum potiuntur, Imperium ampliati quæ reductivè fines: nonnunquam incolarum migratio, nonnunquam Coloniarum adventus, ipsa nonnunquam, ut hic accidisse potest homonymia, nomina locorum & gentium pleraque nunc repetierunt, nunc similia, nunc immutata protulerunt. Nam & Bononia in togata Gallia una, & in Pannonia altera Ptolomæo memoratur, est & Bononiæ ducatus in avernis Bolonia vulgo dictus. Mediolanum celeberrima in Insabria, in Aquitania *Mediolanum* Stephano ejus civis Mediolanensis. Una erat Carthago in Lybia, in Hispania altera. Non in nostra tantum regione Veneti sed & in extrema Galliarum ora ad Oceanum Occidentalem Julii Cæsaris præcipuè bello celebres. Feltrum ut nunc cognominatur proxima nobis civitas, alterum eodem nomine in umbris oppidum Principibus Urbini familiæ cognomentum dedit, ut fuimus nos erimusque semper æquivocationibus obnoxii, sive Græcè, sive Latine sive familiari nostri temporis vocabulo, urbis nostræ nomen emittitur. Civitatis vulgo nunc urbi Bellunum est, Civitatis itidem alterum, atque id ad modum nobis Forojulii oppidum. In Appulia quoque atque etiam alibi oppida quedam sunt Civitates dictæ, & id

Latinum confugiamus nomen, veſtra urbs dubio procul hodie Bellunū eſt, at & Belon Pſoloneo. Et Stephano urbs in Hispaniæ Boetiæ ſitu memoratur Turdulorum patria, & eodem loco Belonis fluvii hoſtia deſcribuntur accolæ Beloni. Ubi Querquanas fauces, Leonicumq; ſecundo Plavii flumine egreſſi ſumus, in Tauriſanum mox campum ingreſſi, montem Bellunum, olim oppidum nunc vicum frequentiſſimo emporio nobilem invenimus, quem locum, ut facilis conjectura Majores noſtri vel ædificaverint, vel Coloniam deduxerint, aut ita omnino excoluerint, ut à ſe merito loco nomen indiderint. An ſcilicet putatis ditionis veſtræ fines his olim anguſtiis, quibus nunc circumſcripti ſumus, coarctatos? ut ſcilicet ad Meridianum & Occidentem ſolem vix in octavum, aut decimum lapidem porrigerentur? Longè mihi credite, longè latius extendebantur, perq; Cafamattiam, Vadum Altum, Seravalisq; fauces, in Foroſulii campos progreſſi multa obtinebatis, per alteras mox fauces Ubal dinas, quippe & vallem Marinam, fulloniasq; & collis alti juga tranſgreſſi Opitergium uſq; ferebamiſi, Occaſum verò verſus in Tauriſanum agrum dilatabamiſi. Ita montem Bellunum fortè condideratis ita Muſculentum tunc oppidum, nunc vicum, qui adhuc veſtro paret Epifcopo obtinebatis, ita antiquiſſima Opitergio jura dicebatis. Caſtro Solici, Fileto, Franconi, Cendoni, Caſtro, Caronis, & Fregonæ, & plerisque aliis locis, quæ nunc neceſſe non habeo commemorare leges imponebatis. Hinc illa olim fuit Bellunenſium vis, & in re bellica claritas, ut Foroſulienſibus Tauriſanis, antiquiſſimis Venetis, Rhoetis, Noricisq; finitimis terrori eſſent. Vos Antenorem Trajanosq; ejus comites, reliquis in ſocietatem Euganeis advocatis totiens bello laceſſiſtis, pugna-ciſſimasq; gentes, quæ ſub tam inſigni duce militabant, ita demum attriviſtis, ut pacem à vobis petere cogerentur, ut in regno participatum ſolo ipſi contenti nomine cooptarent. Neque tamen antiquum hoc eſt veſtrum Eugonæ nomen ullo unquam tempore potuit aboleri. Vos præclara virtutis veſtræ monumenta. Flavioſum civium veſtrorum auſpiciis in media Verona poſuiſtis, ut pars ea arcus antiquiſſimi, via ad Leones indicat, inſcriptione teſte, quæ temporis injuriam evicit; cujus pars hæc ſuperat. TI. FLAVIUS. P. F. NORICHS IIII. VIR. I. D. reliqua deſecta ſunt. Vos Tauriſanos Regulos, vos Utinenſes, Aquilegienſesque Præfectos non ſemel armis in ſententiam veſtram attraxiſtis, non ſemel beneficiis ita eſtis proſequuti, ut vel privatus civis veſter, Spiritellus gente, quæ potens admodum in hac urbe olim fuit, inventus ſit, qui privato ſumptu exercitium bene magnum compararet, & eventu proſpero. Virtutiſque ope optatam ſociis Foroſulienſibus victoriam afferret. Vos Pemonem civem veſtrum Foroſulienſibus ſummæ integritatis, ſummæ continentia principem dediſtis, cujus laudatiſſimos mores, & dignam rege vitam ipſi ultro prædicare non deſinunt, publicatiſque per hiftoriam rebus ab eo geſtis, memoriam hominis nulla unquam poſteritate deſuturam æternitati conſecrandam caravere. Vos deniq; Venetos nunc rerum Dominos, quod ipſi, quique res eorum geſtas ſcribunt, neque inſiciantur neq; diſſimulant, auſi eſtis non ſemel bello provocare, fines eorum incurſionibus devaſtare, ſigna veſtra pro maris littore ante urbis aquoſe conſpectum figere, & Sabinorum Cinninenſumque inſtar, ut illi Romæ in collibus inſtar, ita vos naſcentis in aqua urbis potentiſſimæ olim futurae incunabula ſollicitare. Ignari ſc. inde mox vobis otium comparandum, unde tunc contentiones, & moleſtias aucupabamiſi. Fuit enim vobis Joannes Epifcopus, penes quem erat totius rei Bellunenſis ſumma, cujus auſpiciis de Plavii hoſtio cum Venetis gravi admodum decertatum. Ita vos rates ſecuti veſtras, veſtroque inveſti ſumme, ditionem à Noricis Rhoetiſq; alpiſibus, ad ipſum uſque mare Adriaticum proferebatis. Quæ quidem omnia libentiſſimè vobis per hiftoriæ ſeriem commemorarem, ſidemq; ius quæ nunc obiter attingi facerem, deque Reipubl. veſtræ regimine, quique temporum ſtatus, quæ conditio, quæ multis abhinc annis rerum vicifſitudines fuerint, quo denique fato in hanc inciderimus rerum tenuitatem enarrem, niſi inſtaret illud quod tantum vobis negotium faceſſere videtur, ob eam, qua ſollicitamini ambiguitatem, quod Bellunum longè aliter ſonat, quam Virunum, quaſi Judenburk aut Neiflat ad vocem ea propinquiora ſint, quæ nihil commune habent cum Viruni vocabulo, cum Locutio Bellunum cum Viruno uſitatiſſima litterarum & mutatione & affinitate congruat. Quare neceſſarium eſt demutationis cauſas vobis hodie declarare. Primum autem omnium nemini dubium eſſe crediderim, quod ad primam nominis hujus litteram attinet, eandem eſſe notam apud nos, quæ apud Græcos ſecundum

dum in literarum ordine locum tenet, alio tamen sono à Græcis, alio à nostris hodie pronuntiarī. Siquidem Græci consonantium primam eam enunciant, nos V. consonantem scribere solemus, qui vero apud nos est BE syllabæ sonus apud eos per VE exauditur. Hinc apud nos Belus & Belides, quod illi Velus, & Velides videntur enunciare. Hinc superva pati fastidia in antiquissimis aliquot codicibus apud Virgilium, & hujusmodi pleraque. Sciendum enim non Græcorum tantum, sed univèrsæ penè Italiæ morem aliquando fuisse, ut nostrum illud digammon à Martyro Adamantio nuncupatum B. littera notaretur. Utrum verò veteres, eo, quo nos pronunciamus sono eam enunciarint, an una eademque fuerit, ejus tam apud Græcos, quam apud Latinos vox, incòmpertum est mihi, qui videam non in elegantis eloquentiæ nationes in Italia plurimas V. digammon, per B. Græciorum litteram & scribere, & enunciare. Contrà verò legerim apud etymologiarum auctores, Græcos Beta litteram ab ovium balatu originē soni desumpsisse, oves verò non Ve sed Be sonare unicuique est exploratissimum. Quod utcumque sit accipiendum satis constat ante aetatis inscriptiones conspici tota Italia plurimas in quibus B. littera, consonantiū prima, digammi, sive, ut juniores dicere maluerunt V. consonantis loco posita legatur; neque vos pigeat horum aliquot exempla, quæ nos excerptimus ex vetustis memoriis auscultare. Illudque primum omnium in mentem venit quod pro VIXIT, BIXIT Romæ plerisque locis notatum observavi, neque adeo multa vobis recensèbo, quæ quidem innumera sunt, paucissimis contentus testimoniis, quorum unum in aede D. Sabinæ ita habet. JUSTA QUÆ BIXIT ANNOS. L. MENSES V. DIES XX. ubi etiam annus non annos Græco declinatu positum, quod quidem Græciticum scribendi loquendique usum aetate ea in Italiam irrepsisse nulli dubium esse crediderim. Cum post exactos Gotthos Itali qui in Græciam transmigrarant postliminio demum rediere. Nam cum per tot annos tota Italia profugi Constantinopoli & in univèrsa Græcia commorati, assidua Græci sermonis consuetudine contaminari Græcam in plerisque locutionibus pronuntiationem imbibierunt. Tametsi aliquot etiam aetibus ante Gotthorum adventum casus nostros Græca declinatione posita: & V. consonantem in B transiisse comperio. Inscriptioni autem, quam supra posuimus altera similis in aede D. Cecilie trans Tyberim: FILIÆ DULCISSIMÆ MELANTIO QUÆ BIXIT ANNOS. III. M. VII. DIES. III. IN PACE. Verecundus nomen ita omnes scribunt, ut diversa sit à B. litteræ primæ in eo nomine notæ forma. Romæ tamen legi antiquo in marmore notatum. D. M. CLODIUS BERECONDUS. Quid illud quod BALERIA pro Valeria scriptum antiquo monumento apud Andream Carisium Romæ vidi. D. M. CASSIO BASSO BALERIA VERA POSUIT. Eodem modo ex longo tempore JUBENTUTIS pro Juventutis apud Albertinos Romæ legas, & OBEDIANUS pro Ovidianus habetur America in hunc modum

D. M.  
CASSIÆ MON-  
TANILÆ SO-  
RORI L. CAS-  
SIVS OBIDIANUS FRAT.

Unum illud propter argutum ſententiæ leporem præterire non poſſum quod Auxure in agro habetur.

CÆLIUS ASPRENAS COMMODI  
CÆS. NEGOT.  
QUO NEMO MORTEM ALACRIUS  
ADMISIT QUOD A SERVORUM  
SUORUM SERVITUTE TANDEM  
LIBER EVADERET.  
HOC AUTEM TESTAM. CAVIT  
POSTERIS INSRCIBI  
BIX. ANN. LVII. M. IX. D. XI.

Non referam quod FLABIUS in exquilino legitur in pariete cujuſdam Vineæ & eodem modo plurima. Urbemque hodie nobiliſſimam Italiae videmus Neapolim, quæ familiari ſermone plerisque locutionibus B. ponit loco V. digammi ut ſerbare pro ſervare, & ſimilia, quod in quibusdam Actu ſinceri viri clariff. datis ad me litteris teſtari poſſum. Sed ut recentiora in Latinis, tangam, in nomenclatura Præfulum, qui Synodo quam Otho Imperator Chriſtianus Romæ celebravit aſſuerunt, Joannis Beruleniſ nominatur quia Verulis nunc Verulanus, atque etiam vice verſa V pro B. ſcriptum, ut in Aventino Ro. Æde D. Mariæ, Vonitatis pro Bonitatis in Exquilino rurfus Æde D. Martini Incomparabili & ad D. Stephani in monte Celſo Venerem ibi, utrobique V. pro B. ſed accipite obſecro nobilem inſcriptionem, exceleberr. Urbe Italiae, Urbino quippe.

C. VESBIO STEL.  
VINDICI POPULI  
VRVINI

Sexcenta hujusmodi ubique lecta recenſere poſſem, ſed ut ad priora illa redeam VIRBIUS Hippolyti in vitam rurfus reſtitit nomen, BIRBIUS olim ſcribebatur per B locutionis initio eamque ſcriptionis rationem Martyrius Adamantius reprobare contendit eo opere, cui de B digammo titulū fecit, quippe quod nomen inde ſit deductum, quod Vir Bis fuerit, & quæ plurima ponit exempla. Mitto quod Fabius & Balbus adhuc in uſu per B permanent, quæ tamen omnia idem Adamantius per VFavio & Balvus veteres ſcriptaſe non inſiciatur. Quin & favor ut favere per V ſcribimus & enunciamus, ita ille Favium ſcribendum præcipit, jam & Fava non Faba dicendū ex analogia vel ſi Faba per B recipiatur, qui inde deducuntur Fabor Faboris, & Fabeo Fabes per B ſcribendum eſſet: quamquam non ſum neſcius, quantum ad Fabii nomen pertinet Foveos olim appellatos, quod Principes ejus gentis oſtendiſſe dicitur quemadmodū urſi, & lupi foveis caperentur, ut auctor eſt Sen. Pomp. Feſtus. At enim cur Grammaticos, cur externa monumenta tot & inſcriptiones moroſius conquiramur, ſi domi exempla ſuppetunt maniteſta? Feltrum propinquiffimam nobis urbem per F conſonantium quin tam omnes hodie pronunciant, & veteres ita ſcripſiſſe compertiſſimum. In hitoriis tamen, quæ ducentiſimo abhinc anno contigerunt, Scalano præſertim bello Veltrum ſcribitur, quod Sabellicus diligenter obſervavit in hitoriæ ejus explicatione. Sed enim hæc à me non ideo dicuntur, ut res novas in re litteraria moliri velim; ſed ut ex his tandem minime vobis mirum fiat, quæ prima fuit V. patriæ veſtræ littera in B. tot atatum mutationibus abierit. Nam de E, quæ ſucceſſerit in locum L. multas vobis inſcriptiones afferre poſſem in quibus cedunt ſibi viciffim hujusmodi litteræ; ſed illa nimium vetuſta miſſa faciam, quod pro Liber, Diana, Magiſter, ſcriptitatum ſit olim Leber, Deana, Magiſter per E. at negligentia per E. quod in monumentis habetur? Mauritania per E. paſſim in Hadrianiſ nummiſ. Pertuſum à tædet tunc omnes dicimus, quod antiquiores uſque ad Scipionis Africanani tempora Pertuſum per I. media ſyllaba enūciant; quæ pronuniatione ipſe cum abentem

tem retineret Scipio à Lucillio in scena mordaciter impetitus sit, quasi id, ut faceret, & sciri plusquam reliqui videretur faceret. Contra QUASE per E. T. Livii manu scriptum *Quintilianus* asseverat JOVE DIE VICTRE, pro JOVI DIEI VICTORI antiqua esse idem auctos affirmat. Varro quæ nomina sunt hodie Mercurius, & commercium apud veteres Mircisius & commirum fuisse tradit, quod nunc omnes eleganter per E. scribunt eleganter peri, quod ab eligo esse opinatus sit scribendum clamat. At intelligo per E. antiqua fere omnes codices habent. Quorsum autem hæc tam multa, tam ut ipsemet agnosco frivola? Eo nempe ne quod Vir. in Ber. abierit ulla jam subrepat admiratio. Nam eodem modo ex Virginia Verginia factum & venerandum illud ex auspicio fate virgæ, ut Servius tradit, Virgilia nomen, sive à Virginali ut nonnulli asserunt facile nuncupatum, alicubi non inficior, per E prima syllaba de vulgi sermone scriptum reperiri, quemadmodum etiam Virga vulgo nunc Verga, & pro Virgine, Vergine dicitur quæ quidem scribendi ratio in Virgilia nomine bis aut ter in imperitioris seculi marmoribus animadverta nonnullis optimè quidem litteratos, sed rerum novandarum forte nimium cupidos ita in sententiam traxit, ut non aliter quam per E. nomen enunciandum, scribendumque longa oratione disputarint. Miror, cum horum studia perpendo, cur non etiam L. litera geminata BERGILLIUS ut ibidem habetur, scribi debere monuerint; eo enim modo identidem in eodem ipso marmore, quod Sutrii esse ipsi citant, ut ipsemet oculis meis inspexi, scriptum eernere potuerunt. Sed ut recte Flaccus, decipit exemplar vitis imitabile, verum super hoc satis in castigationibus nostris jam vulgatis dictum. Quod nunc instat, quantum pertinet ad primam Belluni syllabam abunde jam vobis factum arbitror. Nunc verò super R. littera vestra omnis reliqua difficultas, sed nunquid apud Ovidium legistis lenitudinis gratia R. in L. aliquot in nominibus mutari solitam? unde cum is rationem asserere vellet, cur Lemures dicerentur, qui Remures prius à Remi nomine dicti fuerant, manus quippe ejus, qui post patricidium illud perpetratum Romulum infestabant. Aspera inquit, mutata est in lenem litera, ita quod nomen prius Virunum mox Græcorum more Berunum, uti tot superius exempla recensuimus, enunciari coeptum, postmodum autem leniori enunciatione Bellunum dictum atque in nunc Romæ in actis apud Pontifices scribitur, & ubique receptum habetur. Contra id, non tamen *πυργερον*, addam quod asperiore sono Bizantini auram pro aula dicere solebant & littera loco λ enunciata. Hinc Constantini Porphyrogeniti tempore magna & ampla Domus quedam, quæ solite Constantinopoli tunc Legatorum recipiendorum hospitio paruit. MEGAURA, id est: ΜΕΓΑΛΗ ΑΥΛΗ, quasi magna aula dicebatur. Sed nos ad nostram. Obtinuit ad hæc usus, duplici ut LL. Belluni nomen notaretur veluti TERRA. R. geminato, quod nomen ut à tero procedit, vel quod *ἴσα* Græcè dicitur, ita unico R. in antiquissimis veterum Pontificum libris, ut Victorinus orthographia meminit habebatur ejusmodique scriptionis rationem analogiæ respondere ait Varro, quamvis usus obtinuerit, ut nunc passim tero R. gemino scribatur, à quo quidem nomine R. in LL. geminum mutata Tellus, eodem modo factum, quo Bellunum è Beruno.

Sed quod ad geminam LL. in Belluno pertinet nos quoque antehac, quod sequeremur incerti, tam clara nondum cognita veritate ejus vocabuli scripturam ad eruditorum, quos tunc observabamus, opinionem, variavimus. Sed enim utque scribi placuerit, in medio posuerim, quod varia omnino semper fuit hæc scribendi ratio. Siquidem consonantium geminatio penitus est ab antiquis repudiata, ut Victorinus, & plerique alii veteres tradidere. Nam ANUS pro XII. mensium tempore, & LUCILLIS proprium nomen, atque etiam MEMIUS unum contenti sicilicum supernotasse nulla consonantium geminatione scriptarunt. Contra verò, ut idem Victorinus ait, voces quæ nunc pressiore sono hujus literæ S. dicuntur ut: AUSUS, CAUSA FUSUS ODIOSUS & alia per duo SS. scribebant ALISSUS, CALISSA, FLISSUS, ODIOSUS, quod & veterum plerique tituli passim ostendunt; quare nullam mihi faciunt ambiguitatem consonantes in hoc nomine, sive geminentur, sive simplicius notentur. Reliquarum autem litterarum usitatissimas mutationes ita vobis ostensas existimo, ut neminem jam putem ambigere inter Virunum, Berunum, & Bellunum ullum esse discrimen. Cum igitur, quantum ad urbis hujus originem pertinet consona auctorum dicta recitaverimus, Conditei Flavio Historiam explicuerimus, palamque fecerimus, quod à Græcis est litterarum memoria prodium marmore

marmore in hoc noſtro incifum eſſe; neminem tam deſtinato eſſe ingenio crediderim, qui non ultro fateatur, omni rejeſta controverſia, noſtra nos urbis ſi non Conditorum cum longè longè inquam antiquior ſit Belluni poſiti memoria, alio fortè nomine tunc nuncupari, certè ampliorem ad inveniffe, C. FLVIVM inquam Romanum equitem, Flavium triumphalem, Flavium harum faucium cuſtodix præfeſtum, qui non campo tantum, qui pro mœnibus eſt, Flaviolo, cognomentum dederit; Verum etiam Anaxi fluvii noſtri nomen in Flavium commutaverit, quamvis prima ejus nominis littera, ut aliquando veterum mos fuit, denſitudinis ſonum amiſerit, & leniori littera mox Plavius dici ceptus, voce reliqua in diem uſque noſtram fere integra permanente. Nam Plavium ſcribimus in actis publicis, & vulgo Plave. L. conſonante liquida in I languidum verſa, ut ex adverbio latino plus. più; ex plano piano; ex placere piacere, & aliis ſimiliter ejuſcemodi etymologiæ modis, ne ridiculus videatur in multis vulgo locutionibus tutandis uſus eſt Magnus etiam Pontanus. Sed quoniam etiam in Plaviū incidimus neceſſarium eſt ſuper eo, quædam diligentius examinare cum adeo multi ſint, qui non urbem ſolam noſtram antiquo nomine deſraudare contendunt; ſed tantum etiam amnem, tam exuberantem aquarum vim evolventem, per altiffimos alpium apices avertere, vel in anguſtiſſimum aliquod vas, ne uſquam inveniri poſſet abdere conſtituntur, quaſi magna Venetiæ planities ignoret, an uſque fluvii hujus magnitudo tam facile condi poſſit. Anaxum enim alii pro uno ex Tiliaventis Pliniana nomen laturæ ordinem ſecuti, accipiunt: cum tamen Plinius neque in recenſendis urbibus neque in fluminibus ſtatuendis ordinem obſervavit. Sunt qui Plaviū Silim eſſe velint; quaſi Silis ſuo & alveo, & fonte conſpicuus nulli ſit. De quo tamen, quædam hodie libentiſſimè relaturus. Sed, quoniam dicendarum rerum copia ſermonem longius traxit, atque opinatus fueram, hodiernæ dictioni ſinem faciemus. Cras hoc eodem loco, ſi convenire nobis adhibuerit, de Planco alium habituri ſumus, nunc valebitis.



JOANNIS PIERII VALE-  
RIANI  
ANTIQUITATUM BELLU-  
NENSIIUM.

SERMO TERTIUS.

**H**odie viri Bellunenses de Flavio vestro flumine dicturi fumus, quem hodie nonnulli Plabeam, plures Plavim dicunt. Cosmographi veteres, Historicique Anaxum Appellavere. De quo tam ingenti, & in tam nobili Italiae regione medio quippe Venetiarum decurrente fluvio, nullam apud veteres liquidam extare mentionem eruditi omnes ætate nostra plurimum admirantur. Neque enim si profundissimum ejus alveum toto Bellunensi, Feltrinoque territorio, ripas quæ altissimas alias super alias exsurgentes, nunc à dextera, nunc à leva contemplerur, potest quispiam annem esse novum opinari, prout plerisque locis aliquando, nunc terræ motu, nunc interclusi inter terræ viscera spiritus eruptione, nunc alio casu aliquo accidisse memoriae proditum. Verum enim verò ut in superioribus sermonibus disseruimus, manifestissimum est aliquot annorum millibus eundem hunc amnem, eodem, quo nunc labitur alveo cursum continuasse. Quare mihi videtur operæ pretium, quod tandem hoc Flavii sit, ubi ociatur, qua transeat, quibus ambagibus & huc & illuc evolvatur, quæ quanquam ingentia sint ex eo emolumenta neque non commoda, ubi denum commisceatur mari, non incuriosè perquirere. Sic enim fiet, ut quæ hæcenus super eo perplexa fuerunt, nitida fiant ambiguitate quæ omni summotâ, ipsa tandem veritas illucescat. Nascitur dubio procul Anaxius, utor enim vero vetustoque ejus nomine in Alpibus Vauricis supra montana, quæ vulgo locutione Græca adhuc incolumi, uti superiori sermone dictum *ααξίος* nuncupabantur, amnis quidem, ut verisimile est, ab Euganeis, Græca gente, ab Hercule in hæc ut sæpe dictum est, Italiae regione rude donata, eo nomine ideo dictus; quod ob præcipitis cursus vehementiam nullum navigii genus retro in eo agi possit. Id enim significatum Græco inest vocabulo. Mons autem de cujus radicibus erumpit, Siese nomen habet, quod Latine præcipitia dicere possumus. Imminet autè fonti crepido surrecta ad instar ardui cujusdam promontorii, defluitque primum in vallem admodum arctam, quæ pinis, abietibus, ulnis & hujusmodi materia, admiranda magnitudinis proceritatisque densissima per statua quatuor & viginti producitur, donec in locum deveniat, cui Sappada nomen est, extra Cathorinorum ditionem. Mox inde per loca aspera & inaccessa inter montium angusta provolutus in fluvium sibi parè incidit, cui Cordibalo nomen, alius hic à nostro, qui Bellunensem agrum à Feltriano dividit. Huic inquam ad minus versus Cathorinorum fines progressus XL. stadiis procul à Sappada ubi Duganem amnem in comitatum accipit, Comelegumque ingressus Cathorinus fit, infra Comelegum stadiis quatuor & viginti ad vicum Campolongum fertur, ubi amnis alius Phrison nomine influit in Anaxum infra hunc ad stadia XVI. aqua Padula est, quæ in conspectu ædis Stephaniæ Anaxo commiscetur. Nomen illi à vico Pado, juxta quem labitur profecta à monte Crucio, Germaniæ proximo. Est hic ad Meridiem mons longissimus nomine Mauria à tergo cujus inter meridiem & occasum Anaxus iter vertit suum, cum ex altero ipsius Mauriæ latere ortum versus utrumque Tillavenum, majus & minus emittatur, qui ubi & ipsi abrupta Alpium evaserunt in plana mox Japidia effunduntur. Sed hæc narranda dimittamus iis, qui Foro Julii res sibi scribendas susceperunt. Hinc ad stadia ferme lxxx. Euganea est, ubi amnis Ansetius Anaxo paulo minor admiscetur, & prius quam Euganeam antiquissimum inter illas alpes locum attingat plenior jam fluit. Euganea autem suum adhuc nomen tere integrum

tegrum servat; quo scilicet Euganei ab Antenore solum vertere coacti magno numero se recipisse creditum. Hic autem portis, quas vocant, objectis, altaq; munitione ab utroque fluminis latere, tam natura quam arte excitata mirabiliter intumescit, quippe temporariam lignea materia emissio- nem, quæ succissa eò surrectis hinc inde montibus, per altissima præcipitia in ejus alveum quotidie dejicitur; studiis mox circiter quadraginta totus, trabibus truncis, tignisq; cujusque generis & quantitates constratus, oppletusq; ad Stephaniam ædem tendit, unde digressus quatuor circiter & quadraginta Stadiorum spatio Boite amne augetur; qui ovus ex Melorina monte, qui ut Græci in- dicat nomen, Noricarum alpium ferè medium tenet, ac per radices Aruntii plumbi lodinis admo- dum celebrati emissus, ad Plavium nititur pervenire. Locus ubi ambo junguntur amnes Triponti- um appellatur, quod trium pontiũ capita ab una tantum ripa contigua ad alias in diversum divari- cata porriguntur, itineribus uno in Carnos, altero in Taurisios superiores, tertio in Noricos Medi- terraneos directis. Amne eò Anaxus itineris sui comite accepto infra secundum lapidem Lozium vicum invisit, & quarto mox Cidolum pontem, via Norica, Carnica verò Laurentiacum, quia iter est ad Mauriam. A Cidulo mox pagus duomilium, & inde ad tertium lapidem castellum in alta rupe locus omnium eo tractu celeberrimus, ubi Præsidantium conventus, civilis cum primus vicus, & popularis totius ejus gentis administratio plebisq; nuncupatur, quorum hominum ingenium, atque solertiam loco suo sermone superiori celebravimus. Infra vicum huic ad xv. circiter stadia Pin- atotanus pagus admodum frequens offertur.

Hic amnis alter, Boites ipse etiam appellatus, qui ex Ampitiis emissus, castellumq; quod ab eò amne Boetestanum vocant, præterfluens, ubi per ardua montium eorum loca Pinarolo jam proxi- mus accessit ab alta effusus crepidone, parvo ab Anxo intervallo præcipitatur in planum. Colle- ctus verò Boites instructi canalibus bene magnum, aqua firmissimo, continuoque aggere, su- spensa in proximum deducitur Anaxum. Ab uno hujus aggeris latere habitationes sunt locum inco- lentium & hospitem diversoria. Ab altero continua excitata sunt ædificia ferris frequentibus iustru- ta tignis ligneis incredibili numero dissecandis. Taleas has in univèrsam vulgus non ineptè vocat, cum etiam plantarum frusta ad propaginem, etiam per singulas gemmas incisa agricultori- bus antiquis Talea passim appellantur. Fabrum verò Collegia Taleas nominantur frusta ex pro- cerrimis arboribus piceis, abiegnis, lariginis, quervis & similibus in truncos septem, octonum & plu- rimum denum pedum longitudinem concisa, & tabularum asserumq; usibus destinata. Nam & Cato- ni taliari lignum scindi est, & præcidendo in effigiem, & præcidendo in effigiem aliam informari, in- taliari dicitur.

Hic verò incipit Anaxus esse ratiũ patiens, hęc primum Dendrophori, quos nos exercitores ra- tiũ ut sermone primo ex Ulpiano docuimus, incipiunt rates in certum ordinem colligare, vimini- bus enim obtortis, ad instar restium lignorum capita singula perforata, ita conjungunt invicem, ut nulla firmior sit ligatura, quippe quæ in vado non marcescat, ut restis, neque ad verso impulsu franga- tur, ut ferrea interdum catena. Mos autem plurimum servatur, ut una quodq; ratis taliaria quinque or- dinibus, qui octanas singuli taleas accipiunt, porrigatur. Quorum primus & ultimus remis sustinen- dis, exercitoribusq; liberi concedantur, medius vectoribus inserviat, sive sub dio, sive sub tempora- ria pergula vehi voluerint, secundus & quartus jumentis & sarcinis accomodatur. Non enim homi- nes tantum sed & equi, & cujusq; generis mercimonia, commodissime, velocissimeque convectan- da suscipiuntur. A Pinarollo stadio mox altero circiter & trigesimo amnes etiamnum duo è con- trario venientes apparent, ostiis eorum modico spatio distantibus; quorum qui prior Anaxum influ- it, à Carnor um latere est, & Valmontina nuncupatur, quia verò via Norica succedit Malgo nomen habet. Post acceptũ istius modi fluentum, ubi duo plurimum stadia discensum est, vicus est Hospitalis nomine, cum rivo modice aquæ, sed molendino apta, infra, quem ad octo circiter stadia amnis To- vellano miscetur Anaxo. Hæc à Noricis, à Carnis verò ad stadia XVI. Trigon amnis adest. Hinc ter- minus vicus via Norica, supra quem ad quatuor circiter stadia munitio Scar dona viam occupat. Ad unum inde miliarium post infra terminum, Lapidina incipiunt, quæ Longanarum usq; porriguntur hic acta, altissima quæ fauces castelli sunt jam diruti, olim minutissimi, unum sc. ex his, quæ Maro cele-  
brat



brat in summis Noricorum tumulis. Atque hic incipiunt Lebaetes pagani, qui nomen adhuc usque diem servavere marmoribus antiquorum incisum, Lavaccii verò vulgò appellantur. Inter hos octo circiter stadiorum itinere Longarenfis vicus memoriis Romanorum celebris, quæ superant loco suo reposuimus. E regione hujus Vajantes amnis est è Cymolisia emissus valle, Carnorum; qui Longarenis ædificia, in Anaxi ripa excitata ferras quippe molendinaque; repentino perniciosoque; auctu Anaxum supergrediens sæpe lancinat, & clades singulis ferè annis iterat investissimas, quarto inde stadio Mæsius fluvius in altissima valle subsidens ponte superatur, qui via Norica progredientes à lava ad Anaxum mittit & Bellunum, à dextra in Claudias terro fodinas unde mox iter est Prusimonem versus. Mæsius relicto paulò post Desedranus, aqua quidem modica sed infida, molestissimaque glareæ transitus, ex hujus regione Gallina amnis labitur à Carnis, & paulo infra via Norica vicus Fortunius in colle supra nostri fluvii ripam assurgens, postquam stadio circiter decimo quinto torrens fontanæ ab Aquilinari. Servæ montis parte, profundam admodum glaream latè devolvit in Anaxum, bona vero pars aquæ per canalem ad publicæ libræ pontem, vicum nuncupatum ducitur, univèrsò loci illius populo usui futura superne ultra pontem fossa illa est, per quam lacus Casamartii, sive Varrami, sive Rifini dicere maluerimus, unde piscosissima, præsertimque optimarum anguillarum captura nobilis, in Anaxum defluit. Pons de quo modo, subicius altis hinc inde ripis inixus, qui transmittit in viam Juliam, quæ Seravallum ducit. Anaxus hic inter utriusque ripæ faxæ angustias coarctatus neque plus quam passus xv. occupare in latitudinem potest, si vero cavet ne inguletur altissima in saxum solidum excavata profunditate. Ponte hoc transvehuntur in Germanias illæ mercium moles, quæ Venetiis in nobile Germanorum emporio quotidie conspiciuntur, hæque sarcinæ tam ingentes in huius pontis vico libra vèctigali publica expendantur. In campo bene spatioso juxta pontem hunc vicus alter est Pollia Pæticæ nomine, per quem Bellunum iter. De Pæticæ Longarenis antiquissima legitur inscriptio super horologio Lebaetibus Paganis dato, in honore Claudii Neronis, de quo inter monumenta reliqua diffusus. Infra Pontem Anaxus amplo nimirum alveo, eodemque glareosissimo dilatatur, multisque hic & illic divortiiis evagatur, & regressibus conciliatur stadiis circiter xx. hac & illac provolutus sub ipsam urbem nostram promontorio ad instar peninsulæ opposito, quem Antam Græca voce appellant, in angustum cogatur, velocissimo illo impetu aliquantulò sedato: non enim plus quàm passus circiter xxx. maximo in diluvio occupare potest, ab Antæ promontorii vel peninsulæ potius tergo arcus fluvius, qui de proximi Servæ montis faucibus emittus, per vallem, quæ fluvio nomen dedit, arcuissimam eluctatus Belluno urbi succedit, ac postquam bonam sui partem sphariis officinis, fulloniis, molendinis, tinctoriis alveis, ferrisque materiis oppido condonavit, altera per spatiosam glaream diffusus in ipsius urbis conspectu Anaxo commiscetur. Pars autem aquarum altera, quam operis quas enumeravimus concessit per innum urbis clium, firmissimo canali ducta ædificiis illis altero sub alterum continuantibus, à septentrione ab ortu, & à meridie occasum versus circumvecta urbem ipsam reddit quasi peninsulam, hortis vineisque circumcirca passim à mœnibus per altum admodum clium ad ipsum usque canalem felicissime confitis. Ne verò aliter urbis situm, quem pro re fatis primo sermone descripsimus, impotentè repetamus; à meridionali urbis porta continuus statim vicus gradatim descendit, & ad fluminis ripam latè porrigitur, tot ædibus frequens, ut oppido fatis magno sit dare nomen idoneus subicio ponte longissimo passuum quippe quinque supra quinquaginta in alteram transmittit ripam, quæ & ipsa vico est altero conspiciata. Partem hanc & hinc & inde incolunt ratium exercitores, atque hic unicus est portus toto flumine, statioque; tanta tignorum & materiæ frequentia quotidie occupata, ut longissimus ripæ totius tractus assidue contiguus ferè ratibus prætexatur, aliis abeuntibus, & aliis è vestigio succedentibus; Vèctigal autem amnis hujus & piscatus jurisdictio majori ex parte Bellunensi est addicta Præfuli. Hic Anaxus, ut elegantia sentiunt ingenia, & superius indicavimus tempore Sertorii, qui provinciam ad arcendas Barbarorum incursiones à Viruno Veronam usque sortitus erat, Græcum amisit nomen, ab Euganeis, ut palàm est, inditum, & in sempiternam, ut superius dictum Flavii Hostilii Sertoriani memoriam Flavius appellari cœpit, qui postmodum asperioris litterarum sono in leniorem mutato Plavius, mox barbara enunciatione Plavia dicta. Id nominis ad fontem

tem uſque ſuum porrexit. Ab hoc autem ſuburbano ponte ripa ulteriori, leni ambitu ducta ad ſtadia tria decurrit, cujus margo ſummus, uti ceſpes minimus, pedibus circiter quindecim ab aqua, quæ nullo diluſio tumefaſta ſit, aſurgit. Urbica verò ripa huic oppoſita longè altior. Clivus ipſe ſubmœnianus eſt, qui ad octo fere ſtadium circuitum Theatri inſtar nonnihil ultra ſemicirculum incurvatur, fluminis que decurſum; qui & ipſo lato deſlexo ad imum Clivi marginem plurimum contorquetur, excipit; ut ab occaſu in proſpectu, ante ipſa mœnia delabatur, quibus plurima incumbant ædificia; pars ultima ulteriori ripæ campus eſt Numidarius. Hinc autem ultra urbis, & ſuburbii clivum, ſubſidet ad altitudinem Numidarii, campus alter qui Lambiolus nuncupatur. Intervallum inter hujusmodi campos pro Theatri ipſius arena, glareæ eſt trium & amplius ſtadium quoquo verſum, in qua ludi hujusmodi ſæpe fiunt, quod primarius fluvii alveus ad omnem imbrü effuſionem ſedem mutat, aſſiſiſq; ambagibus, ut quadrigæ circum metas, modo huc, modo illuc transfertur, plurimis que divortiiſ, modo hic, modo illic, ad alveum redeuntibus divaricatur. Rariſſimum autem eſt loco hoc totum ænem in unum colligi, quod ego, cujus ædes omnium maximè Theatro huic imminent, nunquam adhuc multorum annorum curriculo factum adnervavi. Cauſa verò hujusmodi diſceſſionis glareæ ipſa eſt tum plurima, tum inſida, paſſim verò ſubſidet aqua ad incredibilem altitudinem; ſic minime quoque impuſo, quæ ſupernè eſt, cedit, atque ita quotidie ad impetuofum fluminis momentum quodlibet volutatur. Perdurat autem hæc ambiguitas alvei ad XIII circiter miliaria, quibus vallis noſtra latiùs panditur, donec projectura Victoriani montis veluti promontorium quoddam exporreſta in ripam Gardani montis, qui ad ripam alteram ſub Ceſtina confurgit in curſare propemodum meditetur. In hoc XIII. miliariorum tractu ab Aquilonari ripa ænes, rivique perennis aquæ in Anaxum influunt. à primo lapide Orivaſianus, inde Mechelinus & paulò poſt Chryſalis, ac demum Corduvius octavo ab urbe lapide. Corduvius inquam, quem recentiores Cordibulum appellarunt Anaxo ſimilis, magno tamen intervallo ſimilis. Nam quamvis & ipſe ſit ratium patiens, & grandiores etiam taleas præcipue que Larignas ſuggerat, numero tamen longè inferior cedere cogitur. Hujus quoque fluminis vectigal à Bellunenſe antiſtite recipitur, hoc autem patitur incommodum, quod propter ſaxorum moles, quibus paſſim fluviuſ oppletus eſt, & ſub aquaneas cautes crepidinèſque tota ripa continuas, expectandus ſit auctus pluviarum beneficio, ſi materia commodi ſit deducenda, quamvis duorum vix ab Anaxo miliarium, ubi pagus nobilis Agocæſ nomine, quem nonnulli antiquum Agentum putant æris, ferri, calybis, auri etiamnum atque argenti metalli fodinas opulentas admodum ſubminiſtrat. Majores noſtri nomen illi à Cordua inditum prædicabant. Vicus iſ olim fuit prope Vedanam Carthufianorum celeberrimum Heremitorium, quem vicum incumbens Corduvii alveo mons ſolo ſubter excavate, ſubita ruina diſciſtus corruens oppreſſerit, oppletoque ulteriore alveo, qui Corduvium ſub Divi Petri Suſpiriani ſpecula in Myſium deducebat, lacu illo relicto, cujus piſcatu aluntur proximi Heremita, coactus poſtea ſit ſubſciſſi montis radice iter aliorum vertere, & anguſtis volubilibusque anfractibus, vix ad Bribanum pagum, Myſium operarum ſocium aſſecutus, quo in comitatum accepto, unanimis ad Anaxi auctoritatem ſe conferant. Mons autem ille diffractus Martinianum nomine celſiſſima, & formidabili crepidine ſurrectus omnibus ad huc terrori eſt, tum ingentes ſaxorum diſjectorum moles quæ ultra ſtadia quindecim quoquo verſum diſſiliere, & totos circum agros oppreſſere, inuſilesque & vepribus vix idoneos reddidere, fragoris illius maniſeſtiſſima ſunt indicia.

Prudens præteribo quorundam commenta, qui fluvium hunc Cordubium appellare volunt, propterea, quod ob rapidiſſimū, & immanes undarum, in aſperrimas cautes, incurſantium ſtrepitus dubium tranſeundi tot hominum reddere videantur. Et ne ullæ unquam ætate nugæ deſint Caprilem alii Satyrum comminiſcuntur, à quo nomen loco in Alpibus celebri ſupra vicum Agortem eum ſcilicet Plabæ Anaxi filia amore captum, cum Nympham obſequio nullo ſibi conciliare potuiſſet ad viam converſum curſu eam inſectatum, quæ cum pudicitiam ſuam conſervatura in Cuniacam ſpeculam in ipſum fluvium aſurgentem profugiſſet, importuniſſimo Satyri urgente curſu, ne in manus

ejus incideret, celsissima de scopuli illius crepidine præcipitem se dedisse, caputque prius quam subiectas patris aquas attigeret, cautibus allisise, extinctamque exemplo in porrectas Patris manus decidisse Jovem amarissima Patris querimonia lacrymisque commotum, ut qualecunque patrem consolatione deliniret, Anaxi nomen in Plabeam commutasse, honorisque hujusmodi decretum in æterna fata retulisse. Capilem verò addunt tanti sceleris sibi conscium, cum vitam odio habere cepisset, peccatus sibi dissecuisse, corque manibus suis avulsam, in Plabeam immeruisse, neque ita tamen emori potuisse, qui semideus esset. In montium igitur suorum asperitatem regressum, morore & lacrymis confectum intabuisse, tamen ea parte, quæ mortalitati erat obnoxia, adeo ut in fluvium diliceret, Deos misericordia motos nomen fluvio Cardibalum *ὄν τῶν κρηδίων ἀπὸ βαλλῆ* à pona, quam de se sumserat imposuisse, & ut amatæ tandem Plabeæ admisceretur, indulsisse. Non sum verò nescius, fabulas in rem seriam inductas apud severiores homines esse reprehensionem obnoxias, sed hæc nisi traçientur, & pro fabulis suo pretio venditentur, imbecilliora interdum ingenia in errorem solent adducere. Ut verò nostrum iter Feltriam versus ire pergamus, duodecimo circiter stadio à Corduvii trajectu Pissalcella rivus est, fluvii non indignus nomine, inde ad vigesimum stadium Cauranus amnis sublicio ponte superatur. Aqua hæc altissima angustaque latens Valleculla subterfluit, locisque plerisque cataractis occluditur, donec intumescat multæ lignæ materiæ deducenda utilis, ab hoc ponte à dextra iter est Feltriam, à leva Victorianus mons, sibi totus insurgit qui amne ab ortu Cauriano, modicoque campo, ab occasu Sona, qui Feltriam suburbium lambit, à meridie Anaxo, qui costas montis extremas assiduò lancinat incurso, à septentrione via cingitur militari. Hæc usque Feltria via Norica, trans amnem vero nostrum, ubi Belluno digressi pontem, in imo suburbio transferimus ad decimum progressi stadium via ripensî Tauricum amnem invenimus, qui quidem perpetui amnis nomen nunquam amitteret, nisi per aliquot stadia Canicularibus diebus, intra Calliopem vicium & Castalionem secessum meum, dum studet æstus intolerabilis cavere vim sub altiori glareâ plerisque locis absconderetur. Oritur is in ima valle ultra D. Mammantis ad eam in Calliopæ jugo sitam aqua multa inter inaccessas crepidines proficiente. Inde Mammo accepto fonte quadraginta plurimum stadiorum itinere confecto, eis vicum Visiomæ defluit in Anaxum duo decimo circiter à Ponte Bellunensi stadio. Ultra Visiomæ Ciconia statim est multa vastationis, amnis qui de proximis emissus vallibus, quæ ad ædis Castalionæ curam pertinent magna ubique riparum ruina diluviorum tempore agros imminuit, qui demum accepto in gremium Contiffa rivo pene magno infra Visiomæ ipsas Turicæ conjunctas Anaxo commiscetur. A Visiomæ eodem ripensu tracta ad xv. circiter stadia, Cæsia est ipso ripæ margine, inde ad quartum Limanæ amnis. Neque negatû Limanæ pagum dictum quod Limanæ adhæreat, qui de agro meo & coherentium ad unamquamque pluviam partem aliquam delinat. Ultra Limanæ eadem amnensî via stadiis vix tribus Divi Felicis ædes est, ubi navibus fluvialibus trajectus, quæ toto flumine contis non remis à puppe tantum suppelluntur, commodus præcipue Agorstinis descendentibus in Taurisanum agrum per Ulbaldinas fauces, inde ad octavum stadium Lartes. Fluvius ipse quoque marginibus iniquus, & agris maxime contumeliosus. Huic imminet farra alia in clivo præalto supra Lartemedio. Inde Melum in surrecto colle positum, inde lintiaci uterque vicus amne suo præditus, qui proximum in Anaxum influunt. Infra quidem Melum Terche, infra lintiacos Rhemuntia. Melum ipsum in collo suo supra ripam Anaxi conspicuum populo admodum civili sub auspiciis nobilitatis Georgiæ in Rep. Veneta clarissimæ degunt, cujus familiæ Castellum Zumellæ nuncupatum ad stadia quatuor est manifestum juris dictionis insigne. E regione Melliosium est Corduvii in Anaxum defluentis, & hic trajectus Anaxo similis priori, sed non usque adeo frequentatus. Hinc ad stadia circiter xxv. Cæsiana est. Cæsiana autem suos agnoscit Dominos indigenas & antiquos. Frequentissimus hic trajectus, & ratium & mercium omnium, quæ Anaxo ventantur. Vedigal exigitur à Feltrienibus modo, olim ducentesimo anno à Cæsianis Dominis. Sub Colliculo, vel clivo potius cui Cæsiana incumbit crepido quadam asperissimis saxi ad ripam excavata supra fluvium exporrigitur, sub qua gurges profundissimus, fereque accidit toto anni tempore, ut unda per infirmam glaream late expatiata alveo quantum vis distante, distante, ubi ventum est è regione crepidinis

pidinis totius aquæ vis in eam rapiatur, & in ſaxa ipſa incurſare contendat profunditate, verticeq; gurgitis omnia devorantibus, ubi opus & labor exercitoribus ad dexteram ripam quanto fieri conatu poteſt rates impellere, marginemque objectæ glaræ contadere, quod nunquam tanto ſtudio nixuque fit, ut alterum à leva ratis latus non deſideat, & vectores alluvione, quæ ſupra ratem inſilit, vel ad genua uſque perſundat. Evitata autem crepidine tam periculofa, XV. Stadorum ſpatio ad Victorianum promontorium pervenitur. Ubi aliquantulum patefacta jam valle D. Victoris ædes & canobium venerabili inſummi clivi vertice conſpicuum ſalutatur, & Sona Feltrianus amnis in comitatum accipitur, ab hoc oſtio reducta eſt, in vallem Feltria per ſtadia circiter XXV. mox per montium anfractus alternante valle per quadraginta ſtadia volutatione anguinea, curſu tamen ſedatiore fluviuſ ad Querquanum ſcopulum appelleretur. Hæc navigatio ſatis lepida cum nullus hic cautis ſeſe objiciat incurſatio. Medio hoc itinere Caſtellum novum, ita enim appellatur, viam intra ſe amittit, è cujus regione ab altera fluminis ripa Turris inter aquæ marginem & ſurrecta ſaxa conſurgit, alveo tam anguſto, ut à muro Caſtelli ad turrim oppoſitam catena ferrea belli tempori transmitti poſſit, quæ ratiuſ tranſitum prohibeat. Hic verò locus tanti momenti eſt, ut ei à Domino Venero præfectus ex nobilitate ſelectus tertio quoque anno deſtineretur. A Caſiana uti dictum, per totam hanc vallem nulla ſollicitudine, metuve navigaretur niſi ad ſtad. circiter XII. infra Caſtellum novum, Querquanum promontorium de quo ſupra ſcopulum porrigeret, ita obliquatum in latum ſinum, ut toto fluvio in ambitum propemodum Theatralẽ recepto, aquam retrorſum ablegare cogatur, ad ambitus, ambagisque iſtiusmodi exitium conſurgunt hinc exporrectæ cautes, inde ſcopuli, qui anguſtiſſima intercapedine totam fluminis impetum recipiunt; Exercitores locum hunc portas nominant. Sed cautes, quæ à dextra ſunt, decliviore ſita molliorique ſaxi continui levigatione conſtant. Qui verò ſcopulus à leva eſt ſurrectiore crepidine, curtibſque aſperioribus, vel ipſo viſu horribilis. Huc cum appulerunt rates, raro ita plenus eſt fluviuſ, ut à dextera non urgeant ad ripam, & eam cum ingenti glaræ motæ & ſaxorum attritorum ſtrepitu inſicco perſtringant. Hinc interim aliquo ſpatio rates per ſubaquaneas cautes reptantes vi fluminis impelluntur magna vectorum trepidatione, dum pars ima modo raditur, modo fluctuatione ſuecelluque quodam agitur, à leva verò periculum eſt, ut in extantes projecturas impingantur; quare priora ſive caput ratis averendum eſt, permittendumque ut capite elabente reliquum corpus, nullo niſi alluvionis periculo cautibus allidatur. Hæc veluti Scylla eſt, in qua prætereunda cavendum eſt, ne ratis impacti diſſiliat vinculis abruptis. Sed ubi in latiore alveum deventum eſt, ſtatim occurrit Lacunaris Gurges altera ſcilicet Charybdis, non quam Scylla momento aliquo evitare poſſis, ſed in quam ſimul ac portas evaſeris, incidere neceſſe eſt, ita totius fluminis vis recto curſu raptâ in alti, ſurrectique montis crepidinem impingit, à cujus aſperitate repulſa in vertices & ingentes, & in numeros ſeſe retorquere, & veluti ſaxo ictus anguis mille voluminibus ſpiras complicare cogitur, atque hinc accidit, ut recto impedito curſu, tota aquæ vis in ſemet ipſam converſa montis oppoſiti radices olim abroſerit altiffimoque nunc, gurgite deſederit, & turbinatim inſtar torri fluminis in innum uſque ſeſe circumagat donec ſoli tacta duritie reſilire, & ſupervenienti cedere cogatur, & curſum ita ſuum per ambages continuas evincere connitatur. Huc ubi perventum eſt, aqua ita inſida & variæ rates quantacunque ſint levitate habilès bona ſui parte ſub aquas inclinantur, quia tamen plana ratiuſ latitudo violentia reſiſtit non ultra pedem, aut ubi plurimum ſexquipedem merguntur, idque modo hic, modo illic ſuecuſſatione veluti quadam ingluviem eam exſuperantes. Ex his elapſi verticibus per ſtadia circiter ſena Querquanum Promontorio à dextera vaſe celebri, vico à leva præterito, ubi in alta ſemita aqua fontana tantæ copiarum eructatione proſſit, ut pene magni fluminis inſtar multis inſerviat operibus, ſulloniis & chartaceis, inter has altiffimas montium cautes, aqua tamen leni Siguſinum pagum liberiori demum cœli conſpectu montes jam cultiores, fertilliora juga, agros patientiores offerentem vident, circumveſtisque à dextera totum Querquanum Promontorium ſub Fenarium vicum amnem excipiunt. Poſt humeros autem promontorii Querquani vicus ipſe eſt. Nam à Caſtello antequam ad ſcopulum de quo diximus perventum ſit, via divertit à fluvio, & poſt cœllis ejus tergum per vicum tranſit, in vallem quanda. unde totum ambitur Promontorium. Vicus verò ad Septentrionem deſexus inſtar oppidi eſt, inſulis toto jugo, & compitis frequens, & aliquot etiam antiquorum memoriis ornatus, ad innum vallis

duo amnes in unum coeunt, qui apud Fenarium conjuncti statim in Anaxum defluunt. Hinc ad ripam siccam stadia conficiuntur circiter quatuor & sexaginta. Medio hoc itinere supra viam, alti admodum clivi infidet Pederubia pagus, inde Leonicum versus vallecula occurrit cum amne Colonia qui non decedit in Anaxi alveum, sed in dirivium, quod per Cataractam sub Pederubia de ripa Anaxi fluctibus excipitur, aggereque firmissimo deductus per Taurisanum agrum pluribus aquarum dividivitiis in latissimam planiciem ad multarum possessionem utilitates effunditur, inde Rovigius pagus, & ab altera fluminis ripa abbatia Vidoria. Hinc ripa sicca demum in plano sita à quo vico per campum iter est Taurisum, centum circiter & duodecim stadiorum spatio.

Anaxus verò iter suum longo ambitu flexuosum ad ortum brumalem vertit, planicieque infra Montellum occupato aedícula sanctæ Mammæ præterita, amne rabioso recepto Falectum versus fluit, qui pagus cum amnensi trajectu collis alti Dominis paret, ubi verò Soligum amnem de Fallonia fonte amplo emissum suscepit quietiore mox cursu sed ambagibus valde tortuosis in collis alti conspectu ludit, hac illac quasi choream ducat, eoque vagandi veluti studio fertur ad Nervanos. Hinc quoque canalis alius ex Anaxo excipit aquam, quam per campum alveo excavato Taurisum deducit. A Narvanis, paucis sub pago stadiis trajectus est Scarancina nomine via que ducit in Cogienses, inde altera ultra Lovadinam, mox Macerata, & D. Pauli Locus, à quo stadia circiter nonaginta trajectus & portus ille celebris, qui pons Plavius appellatur, ubi aqua jam lenior linterium & aliarum Navigium onerariarum patiens ultro citroque se navigabilem præbet, atque stadia mox 7. Salgareda inde Noventa. Nox Fossalta, mox Donatianum, mox turris caliginosa, & partus denique Jesulanus. Loca omnia suis instructa trajectibus, atque in hac denique litoris parte Anaxus post emensa miliaria centum circiter & triginta, à fonte ad ostium amnis ultra tres & triginta in comitatum acceptis, caulis tot, scopulis, crepidinibusque superatis in Hadriaticum triumphabundus, & oppulentes ingreditur. Hic verò dubitarem narrare vobis quasi fidem facturus fabulas, quas de cursu Plabeæ, ut nunc vulgi locutionem usurpemus, quem fuisse quondam per Seravallis Fauces loci ejus anicula prædicant; nisi scirem esse homines quosdam ita opinosos, qui rem oraculi instar enarrent, olim scilicet eam per nuncupatos ad pagum saltus, Casamatrixque & sanctæ Crucis ripam, vadique alti tractus elabi solitam, donec hinc & inde colluctabunda inter arctissimas montium angustias ad Servallum emissa aperto demum Foro-Julienis campum potiretur. Medio mox eo itinere factum, ut magnis surrectarum crepidinum desiliensium ruinis interclusa retrocesserit, & in Bellunensem agrum, unde diverterat relapsa novum, Areto sibi adjuncto, alveum excavavit. In recessu ab antiquiore illo decursu Lacus illos relictos, qui ad Casamattiam & aliquot ad pagum vicos, & viam inter convalles reliquas stagnant, ipsamque tunc vadum altum nullo neque ingressu, neque egressu inter se contractum in eam qua conspicuus est profunditatem subsedisse, offendantur in hujus rei testimonium veteres aliquot Servallensium tabulae, quæ quorundam agrorum limites ad veteris Plabeæ usque ripam citant, modiceque altitudinis valleculam longo tractu continuant ostentant, sive potius latiore quandam, longeque productam fossam, magnis olim imbrum diluviis delimatam, quam antiquum nostri fluminis alveum fuisse contendunt, & confidentius asseverant. Id ego vel negare vel affirmare nullius momenti esse contenderim. Sed fluminis nostri alveum, initio diximus aliquot millium annorum esse, & ab ipso dicere ausim, urbe condito ad hanc usque diem eodem, quo labitur alveo perfluxisse confidentissimè contenderim. Id quod ipsa riparum indicat altitudo, ipsi antiquarum, diuturnarumque alluvionem relictæ margines, longo modo hac, modo illa parte ductu, clivis bene magis planarum camporum spatia ministrantibus; per gradus quodam latissimè constrictos, & ad culta commodissimos, quo diluviorum auctus nunquam sint amplius ascendit. Sed utrunque Seravallenses de fluvio nostro fabulentur, id asserere possumus totam illam planitiem, quæ nunc inter Anaxum, & Taurisanam urbem late jacet longa nostri fluvii alluvione paulatim oblinitam esse, & adhuc diluvio perfuncti pergeret, nisi densis, ac magnis saxorum molibus aggere juxta Narvisiam, utar nunc vulgi vocabulo, producto Cibi enim erumpit in plana) aliorum fluctum impetuosum flectere cogere. Neque tamen obsistitur, quia exundante per tempestates Anaxo Butinica, unus è Taurisanis amnibus, qui per urbem diffunditur identidem intumescit, & lavideum in urbe media pontem ad

Bethlemicam anno Sal. M. C. XII. demolitus est, influxerat enim in eam Plavius, quod cives ipsi ponte mox reſectō, marmoreo ſuperaddito titulo poſteritati tradere curaverunt. Ita enim inſcriptum eſt.

PLABES FLUVIUS CUM INSETO ET QUODAMMODO  
 PRODIGIOSO INUNDARET INCREMENTO BUTINICAM  
 AMNEM INFLUXIT, URBEM INVASIT, PONTEM  
 SUBVERTIT HIERONYMUS PISAURUS PRÆTOR  
 NE MAXIMIS INTENTUS HÆC ETIAM MINORA  
 NEGLIGERE VIDERETUR RESTITUENDUM CURAVIT  
 M. D. XII.

Quin etiam toto illo agro, qui à Narvanis Tarviſum uſque & à Ripaficca Caſtrofrancum verſus hinc & inde latè patet, terra paſſim unius, aut duorum ad ſummum pedum altitudinem deſoſſa nitidam, & omni luto purgatam glaream, oſtentat, argumento ſatis maniſeſto, decedente in dies fluvio ſuperinductum mox ceſpitem, & diuturnitate temporis agrum factum. Cumq; uti dicebamus glaream illa tam purgata continuat, quid mirum ſi nobilia quædam ingenia Silim eundem, atque Plaviium eſſe arbitrati ſunt? Nam ſubterraneus ille deſlexus commodam habet viam, ut facile poſſit infra Caſtrofrancum paludem illam inſuere, quæ Silis mater eſt, & emiſſarium, quod non de Sili tantum auſim affirmare, ſed & de Butinica, & aliis amnibus, & rivis omnibus, qui Turifiſum ingrediuntur. Veriſimile quoque eſt noſtrum hunc eundem amnem in campos effuſum ab Orientali etiam latere aliquando planiciem, cui adhuc eſt inſeſtiſſimus, latius occupaffe, à Narvanis Opitergium verſus iter detorſiſſe, ut olim Vacejolam uſque diſſuſus eſt, & Plavioli vici foſſam uſitationis ſuæ teſtimonium reliquit. quæ loca non admodum diſtant à Seravalleniſum finibus, eaq; parte crediderim poſuiſſe fines aliquos ad veteres Plavii ripas è Seravalleniſibus agnitos. Non ita tamen ut fateamur tantam aquarum vim, quantam ſecum trahit Plavius per Caſamattia valles, vadiq; alti anguſtias tam contractas, perque medias Seravallis fauces effuſiſſe. Sed ut ad aggerationem noſtram redeamus, non Tauriſanus tantum campus, ſed univerſa Renetia Inſubriaq; & Taurivenſis in Ciſalpinis Liguriſibus ager aliquot annorum milliſibus, per tot, tantorum annium, quibus inundantur alluviones concrevere, mari ad hæc quotidie recedente, inſectumque à fluminibus Limum in littus aggerente, continentique ita in horos ſingulas ſuos proferente fines. Quod ne cuique mirum videatur, ut Egyptum, rem quippe uno auctorum omnium teſtimonio notiſſimam prætermittam, terram, eo modo coagmentatâ, ſpatioſiſſimos Indiæ campos illos Indi flumini alluviones eſſe pro compertiſſimo tradit Arrianus, ita Cayſtrum, Lydum Caicum, Menandrum & Hermam, & pleroſque alios fluvios inſignes, campos è ſe nominatos habere, quos illi è ſuperioribus locis ſimum trahentes, terra congeſta in ſolum mox obdurent. Sanè cum Philoſophiæ dare operam ſcaturigines aſſuentiſſimè pullularunt. De huiusmodi verò aggerandi ratione Polybius late hiftoriarum IIII, diſputat, ubi futurum dicit, ut Mæotis palus, quæ tum latiffima erat, ſæculorum haud quaquam multorum ſpatio, tota ferè decidentium in eam amnium alluvionibus compleatur, ac mox etiam pontus Euxinus eadem ratione magna ſui parte vadofus fiat. Magna enim eſt longè ætatis auctoritas in rerum mutatione, & ut Horatius:

*Debemur morti nos, noſtraq; ſive receptus  
 Terra Neptunus Claſſes Aquilonibus arces  
 Regi opus ſteriliſq; Diu palus aptaq; remis*

*Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum,  
 Se curſu mutavit iniquos frugibus annis  
 Doctus iter melius.*

Zz 3

Quid

Quid vero vos ad vocabulorum mutationes horrescere quodammodo videbamini, qui res ipsas mutari quotidie conspiciatis. Miror autem unde nonnulli unum est Tiliaventis Anaxum esse commenti sint; quod Varramum, quem Plinius in Anaxum defluere tradit rivum eum crederint, qui ad Concordianas paludes Belgradum, Varmum & Madrisium lambit, aqua admodum modica & ignobili pauloq; supra Artisanam in Tiliaventum cadit. Sed enim cum eruditi omnes tam Historici, quam Chorographi recentiores, qui linguæ latinæ reparatione claruerunt Plavium esse Plinianum Anaxum scriptis prodiderint. Difficileque admodum sit situm fluviorum cum nominibus ætate nostra, immutatis conferre, vel pro certo quidpiam profiteri, confusaq; præcipue sint hæc apud ipsum Plinium, qui flumina modo à fontibus, modo ab ingressu in maria, modo à viis militaribus enumerat, perinde ac etiam in oppidis recensendis apertissima est in ipsis territorii sui urbibus perplexitas, quam ego desultationem appellare soleo. De Varramo tantum quærendum est nobis, cum locus notatione dignus sit apud Plinium. *Anaxus quo Varronus defluit*, facilis verò conjectura est non alium esse posse quam lacum nostrum Casamattiam, qui Carnis finitimus Septentrione, Occasusq; solus est lacus in Anaxum Plaviam quippe nostrum defluit, quare supernarrare mihi solitus erat Nardinus Celinensis, vir Græcè Latineq; apprime litteratus, & abditarum rerum cognitione insignis, Celinenses aniculas suas quaqua Maniacum, & loca Meridiana trans lacus nostri latus incolunt, cum in bibacem quempiam acerbus invehi vellent imprecari solitas, ut is Varramum totum eportaret, Illius enim loci accolæ & Celinam, & tres illos liquentiæ fontes, qui flumen id efficiunt de Casamattio nostro emanare prædicant, aperta sibi per subterraneos meatus via. Sane provinciale hoc diciturum ponderis aliquid habere potest ad viciniam ipsam indicandam, Cum Belgradus Varmus & Madrisium longo admodum itinere distat, à Maniaco & à Carnis ipsis, in quorum regione Anaxus oritur, neque oppida illa cum Celinensibus commune quicquid habeant, sed potius maritima sint juxta Concordiæ paludes, & Tiliaventi hostio vicina. Sed nominis originationem puto fidei plus habituram. Nam lacus istius angulo, qui ad Septentrionem spectat, à tergo Carnorum, ut Plinianis insistant verbis, agro Bellunensi juxta lacum vicus admodum nobilis est Farra nomine. Hinc suspicio quædam minime contemnenda suboritur, primam nominis hujus litteram aliquando *Claudian* digammi nota scribi solitam, quippe BARRA. Imperator enim Claudius, ut sæpe dictum, usq; adeo digammi illo suo delectatus est, ut cum Romæ pomerium late porrigeret ad D. Luciam nunc Fanum ubi cloaca pluvialibus aquis colligendis, & in Tiberim emittendis, inscriptionem rei est se gestæ **AMPLIABIT TERMINABITQUE** digammi notari mandarit. Id tamen ad hunc usq; diem bona pars hominum legere solent **ampliafit, terminaftq;** Ignari F. digammum V, consonantis sono pronuntiandum ampliafit terminavitque, de quibus supra satis meminimus, quibus ad do liberius veteres fecisse eadem in locutione altera in alterius vicem posita. Quippe fortunam quam nunc dicimus illi originatione incolumi Vortunam appellaverunt, quod Vortuna à verbo deduceretur, eaq; de causa nunc pilam nunc rotulam, quibus insisteret ejus Hieroglyphicum statuere. Sed ne tam longè exempla repetamus à nostratibus argumentum potius captemus; quum apud nos domi multa hujusmodi nascuntur. Ab altero istius lacus latere, qua Seravalle tenditur, Stagnum distat decem circiter stadiorum intervallo Fadum altum vocant omnes tā accola, quam peregrini, quod à profundissima quam conspicuum est altitudine habere nomen dubio procul affirmant omnes, idæque Vadum altum nimirum olim dictum, ita facile credendam virum hodie Farram aliquando Varram appellatum lacui dedisse nomen. Sed quid obsecro, dicturi estis, si addidero ex eodem auctore Plinio, hunc eundem locum Pisonem etiam seu Pisinum dictum?

Meministis puto illum superius à Tauriscorum, & Liburniæ totius Chorographiæ retrogressum ad alios Norici fines indicandos, qui scilicet ad magnum Istrum tenderent, quos principium fumere ait à tergo Carnorum & Japidum, inter hos, & Bellunensem agrum Casamattius noster lacus circumcluditur. Ibi Rhætis jungi Noricos tradit Plinius. ibi Viruni nomen manifestè ponitur. Ibi dem Flavii mentio, ibidem Lacus Pifo, quamvis plerique cõdices per ei diphthongum faciunt Pefio. Sed

in hac re nihil jam ad me Plinius. Ite ad monumenta Reipublicæ noſtræ, legite ſancſiones, decretaq; veſtra mancipilia Rubrica de piſcatoribus primo libri tertii capite, lacus hic, qui à tergo Carnorum & Japidum, inque jugorum, Bellunenſium gremio jacet, qui deſluit, in Plavium Piſinus nuncupatur, quamvis in recens impreſſis codicibus una plus ſyllaba, lacus Lapifinus habeatur, quod apud Plinium lacus Peiſo vel Piſinus ſcribitur. Adhæc, ſi de nomine quis moroſius quaerat in proxima ejus lacus ripa ad montes qui Carniam attingunt Vicus eſt, qui Piſonis fuiſſe videtur, una detrita littera, & altera barbara enunciatione vitata. vulgo enim Pulois nomen habet. Satis autem eſt in re tam implicata, tam recondita, indicium habere aliquod, ſi non apertæ veritatis, alicujus ſaltem ſed congruæ ſimilitudinis. Neq; quidem de nominum, ut ita dicam, deſultatione vobis mirum adeo videri debet, qui videatis hodie quoq; vulgo lacum hunc non uno nomine nuncupari, cū alii eum, lacum ad Pagum, ſeu quod malunt quidam ad Altum pagum; alii Calamattium, alii Sanctæ Crucis vocent, & proximus quiſq; locus ei à ſe nomen imponat, imò rarus admodum toto terrarū orbe fluviuſ, lacuſq; reperitur, qui non aliquando nomen variarit. Comemorem ne vobis Nilum in Ægypto modo Aquilani, modo, Oceanū, modo Tritona, modo Sirin, modo aliis atq; aliis nominibus appellatum? an Tybrim Thuſcum, olim Tybrim Syracuſanorū advenarum cœnotiorum lingua, mox Tyberniū olim Albulā nuncupatum, Danubium Iſthrum, Padum Eridanum? Lyrin in Campania nunc Gargillanum, recenti Gallorum ſtrage nobilitatum, Medoacum in Venetia, nunc Brentam? an tot tantosque in Tranſpadana regione lacus Benacum, Verbanum, Sebinum, Latium, & pleroſque alios, quos hodie longe diverſa ab antiquis nuncupatione designamus? Quid urbes nonne ipſæ etiam, nomen modo hoc, modo illud adoptare conſueverunt? Quæ olim Saturnia, mox Valentia, nunc Roma eſt, & capta milleſimo ab hinc anno ab Odoacre Nerulorum Rege periculum adiit ne Odoacria tunc appellaretur. Servata tamen amicis Regi perſuadentibus longè glorioſius & illuſtrius fore apud mortales Romam captam, quam Odoacriam inſtauratam. Quæ olim Bizantium, mox Romana, nunc Conſtantinopolis. Quæ Ticinum jam Papiam. Quæ Parthenope jam Neapolis. Sic pleraque alia, quas commemorare ſuperfluum eſt. Sic regiones denique provinciæque celeberrimæ Aſia, Venetia olim uſque ad Padi fontem, Africa, Mauritaniam cæteris cognomen muta verant, & ut ego de locis dicam, quæ de vocum formis Horatius.

*Multa renaſcentur quæ jam cecidero, cadentique,*

Quæ nunc ſunt in honore vocabula.

Verum hic ſcire velim, an parum vobis veriſimile videatur eum, qui campo orbi ſubjecto Flaviolæ nomen dedit à ſe deſumptum, qui nuncupandæ urbis viri unius nomine auctor fuerit; qui tot de celeberritate ſua monumenta toto hujus regionis agro reliquerit, potuiſſe etiam Flavio anni, cui latè dominaretur nomen immutare. Atqui Crathis in Calabria Turinorum fluviuſ ab immerſo in eum impuriſſimo Paſtore quodam cognomentum accepit, quod factum eſt impuſu Arietis, qui amatam à ſe Capam ab eo amplexari ferre non potuerit, & leviori de cauſa in pleriq; aliis demutata nomina reperimus. Eruditi quidem omnes, cum veterum hiſtorias percurrunt, ſatis habent minimam quamque occaſionem deprehendiſſe, ut fidem adhibeant iis, quæ veriſimilitudini aliqua hujusmodi nominum mutationes, impoſitioneſve tradant. Vos rem tam manifeſtam, qui olim Flavius apud Romanos, apud Euganeos vetuſtiores, propterea quod ob rapidiſſimum curſum retro navigari nequeat, Anaxus fuit, Plavium nunc eſſe, & à C. Flavio Hoſtilio clariffimo urbis veſtræ lumine Flavii nomen accipiſſe credere contabimini? quod quidem, qui perſuaſum habuerit, rem haut quaquā abſurdam credidiſſe nullo rubore proferi poterit. Quoniam verò diei acta eſt pars maxima, vosque forſitan non minus audiendo, quam ego declarando deſaſati ſumus: Tempus eſt ut huic parti finem imponam, rediturus ad vos die craſtina ſolita hora & loco, ut vos argumento ſuperioribus his longè delectabiliorē reficiam. Veniant igitur ii, qui rerum vetuſtate afficiuntur, ego non tantum Saxorum inſcriptorum moles, ſed eorum etiam uſum, fortè non contemnendum ſum vobis donatus.



# EJUSDEM PIERII DE FLAVIORUM NOBILITATE.

ET ANTIQUIS IN AGRO BELLUNENSIIUM MEMORIIS.

SERMO QUARTUS.



Uæ super Vituni patriæ nostræ historia, antiquitate, nominis causa, quæque super Anaxo flumine nostro peculiari, quoquo modo in Flavium, & mox in Plavium nomen ejus abierit, ubi is oriatur, quo ambitu devolvatur, quæ hinc inde fluente in comitatum admittat quot & quantæ ex eo utilitates percipiuntur, & ubi denique Hadriatio immixtus esse desinat per triduum hoc disserimus honoratissimi Cives, neque ignari sumus, in hac tam abditarum rerum inquisitione, multa esse potuisse, quæ propter tot rerum ambiguitates, & opinionum variarum aggerationem nonnullis tædii aliquid potius attulerint, quam delectationem; sed nihil me retulisse opinor quod ad earum quas tractandas susceperamus aut fidem facere, aut veri similitudinem exponere manifestam, minimeque confictam, mihi non videatur. Sed enim si quam ex superioribus sermonibus molestiam concepistis, eam hodie per jucunditatem rerum quas allaturus sum recipio me delecturum. Institutum enim meum est, de Flaviorum splendore & gloria, uti de patronis nostris, qui erga nos adeo benefici fuerunt aliqua delibare, deque multis in agro Bellunensi meritis antiquorum, & aliquot aliis foris & jam non importunè adscitis, plurima quæ cognitu digna sunt vobis indicare, quæ omnia puto non sine delectatione, voluptateque vestra suscipiuntur. Mox ad celebritatis vestræ sacram quasi anchoram, quippe ad Lucii Tertii Pontificis. Max. diplomate deveniemus, quamque lata fuerat Bellunensis nominis jurisdicção, atque meridiana luce clarius ostendemus. Ut verò Flavii nostri, atque adeo reliquorum Hostiliorum memorias, quæ temporis injuriam superarunt vobis jam incipiam recensere, ne Vespasianorum Impp. domum Flaviorum cognomento inclitam gloriôsè nimis videar ostentare, neve sexcentos alios ornatissimos viros, qui nomen hoc olim illustrarunt, quasi Chryppi Medeam huc accersam, recitabo vobis inter ea, quæ præ manibus sunt inscriptionem illam; quæ non procul hinc ad Maniacum in Celinæ fluminis ripa conspicitur: accipite eam obsecro & mox, an vos Hostiliorum pudeat viderote,

C. HOSTILIUS ET P. EGNATIUS VIETOR  
 QUINTÆ DECIMÆ LEGIONIS TRIBUNI  
 P. S. P. Q. R. DIMICANTES PARITER  
 OCCISI HEIC PARITER JACENT  
 SINGULARE POSTERIS EXEMPLUM  
 ET CHARITATIS ET FORTITUDINIS  
 CILINENSES XXL. DIES ATRÆDI  
 LUCSERUNT.

In quo quidem titulo, quod Veitor pro Victor notatum ſit, ne adeo miremini in numo etiam argenteo. DIVUS AUGUSTUS VEITORIANUS habetur. Domitiam Severam C. Hoſtilii conjugem legitis in Epigrammate Bellunenſi, accipite nunc Hoſtitiam Severam L. Hoſtilii filiam. in Romano monumento apud Trajani columnam in alveo ſacri lavacri D. Nicolai aede.

D. M. S.  
L. HOSTILIO ONESIMO  
HOSTILIA SEVERA  
PARTI PISSIMO ET  
HOSTILIUS PARTHENIO  
PATRONO.

Sed enim ea magis arbitror placitura, quæ noſtrum per agrum quotidie reperiuntur. Nunquid obſecro non vidiftis, quinto ab hinc lapide, loco qui Bolagus dicitur, Mauſolei quandam veluti umbram? extant enim adhuc magni operis veſtigia, tumulusque rotunda forma ruderibus obrutus, toto prorsus ædificio verſo, ſive is fuerit felix Epiſcopus, is enim juxta proximam ædiculam humi conditus, ut titulus ejus oſtendit, ſive barbarorum alius, qui noſtræ urbis conditori tantam invidereſcit celebratam. Argumentum autem excitari olim eo loco operis inveni ego inſcriptionem pulchram & elegantem, quam ſitu, calceque oſtrectam, labore mox meo deſalam conſpicuum in locum transferendum curavi. Ejus hoc eſt exemplum.

JOVI O. M.  
HOSTILIUS  
SERTORIANUS  
V. S. L. M.

Placet vobis, ut video, conciliæ & elegans dedicationis figura, quid ſi literas videritis illas pulchre admodum elaboratas, & vere Romanas? quantum veſtræ huic regioni gatulabimini, quæ præſtantes adeo viros, ſi non oppidorum conditores, quod pravo quis præditus ingenio fortè conetur, inſiciari, certè incolæ & cives habere meruerit. Hoc enim nulla cujuſquam nobis invidia demſerit, neque inimicorum labefactabit injuria. Sed enim quid nota literarum quatuor punctis diſſita ſibi velint quaſierit aliquis. Nam superiores illas in apice tituli poſitas, JOVI OPTIMO MAXIMO ſignificare ambigit nemo, inferiores hæc tantum. V. S. L. M. facere vobis negotium videntur, cum præſertim plerique veſtrum ſint antiquitarum hujusmodi perquam ſtudioſi, qui notarum earundem inſcriptionem a libi etiam obſervarint, ut Albæ Julię Pannoniæ oppido, quod ad Noricos pertinet legunt.

FORTUNE  
PUBLICÆ  
VITALIS  
V. L. S. M.

Et ibidem loci, quod appoſuiſſe non pigeat.

ÆSCULAPIO  
ETHYGIÆ CE-  
TERISQ. HUIUSQ.  
LOCI SALUTARIB.  
C. JUL. FRONTO-  
NIANUS VET. EX  
B. F. COS. LEG. V. M. P.  
REDDITIS SIBI LUMI-  
NIBUS GRAT. AGE EX  
VISO PRO SE ET CARTEIA  
MAXIMA CONJUG. ET JUL.  
FRONTINA FILIA  
V. S. L. M.

Et in oppido, cui nunc vulgo nomen Vynexa- item alteram Romæ trans Tyberim apud Mat-  
 pud Cœnobitas ejus loci vetus monumentum thæos.  
 literis insignitum.

INVICTO  
 MITHRÆ  
 L. OCTAVIUS  
 GRATUS  
 V. L. S. M.

Quarum quidem litterarum multæ nimirum sunt interpretationes. Exponunt enim alii VOTO SOLUTO LIBERO MUNERE. Alii VOTUM SOLVIT LIBERO MUNERE. Alii VOTO SOLENNI LIBERO MUNERE. Alii VIVENS VEL VIVUS SIBI LOCUM MONUMENTI vel MONUMENTO; quæ quidem omnia unâ cum quibusdam aliis Romanorum notis, quæ sub Valerii Probi titulo prodierunt, quamquam in eo libello multa mihi subditiâ videntur, nullam tamen earum interpretationem improbarim, cum à veteribus tradita circumferantur, sed neque illam dissimulabo, quæ in idem sumpta plerisque eruditorum magis adridet. Ea. S. VIVENS SIBI LEGAVIT MONUMENTUM quod ideò nonnulli probant, quod quinque alibi notæ V. S. LL. M. VIVENS SIBI LOCUM LEGAVIT MONUMENTO exponi viderunt. Sed illam ego potius admiserim quæ est VOTUM SOLVIT LIBENS MERITO quæ quidem ex aliis antiquorum inscriptionibus desumpta est. Integris enim Locutionibus Romæ legi in MontePincio, sic nunc vulgò nuncupato.

VOTUM SILVANO  
 SOLVIT LIBENS  
 MERITO T. F.  
 DIADUMENUS  
 LURNESIANUS  
 PRÆGUSTATOR  
 AUGUSTI.

SOLI SANCTISSIMO  
 SACRUM  
 TI. CLAUDIUS FELIX  
 ET CLAUDIA HELPIS  
 ET TI. CLAUDIUS  
 ALYPUS FIL.  
 EORUM VOTUM  
 SOLVERUNT  
 LIBENS MERITO  
 CALIBENSES DE  
 COH. III.

Ex his igitur patet singulares illas notas in Hostilii titulo dubio procul significare VOTUM SOLVIT LIBENS MERITO. Quod si alia quoque vultis recitari vobis monumenta, quæ virorum illustrium memoriam in nostram usque diem a temporum injuria vindicarunt, passimque per Bellunensem agrum conspiciuntur, ab eo incipiam, quod paucis ante annis Orceus vico, tertio ab hinc lapide repertum est, pulcherrimis quidem litterarum characteribus elegans, sed ornamentis operis Corinthiaci artificiosè admodum elaboratis longè formosus. Est vero inscriptio in hunc modum.

T. SERTORIO  
 PROCULO  
 II. VIR. D. PRÆ-  
 FECTO. III. Q.  
 FLAMINI VIX.  
 ANN. XXX. MENS. VI.  
 OPTIMO FILIO  
 PARENTES FECE-  
 RUNT H. M.

Sertorianos ſuperius habuiſtis, nunc Sertorios regionem veſtram illuſtraſſe conſpiciſtis. Quam ſpecioſa ſunt hæc Romani civis cognomenta, quam præ ſe fert generis antiquitatē. Cui T. Sertorio Proculo nomen fuerit, qui decē vir, qui iuridicundo Præfectus, qui Tertium Quæſtor, qui flaminis honore inſignis habitus ſit quanto verò mœore legentum pectora labefactat, cum momentum id à parentibus factum inſpiciamus optimo filio, qui triginta tantum annos, menſes ſex vixerit. Verum is nequaquam deplorandus, qui tam inſigni familia nobilis, tantæ celebritatis honoribus decoratus vitæ brevitatem memoriæ ſuæ diuturnitate ſuperavit.

Sed cur Poeticos diſſimulemus qui Neronis Claudii Imperatoris temporibus clarere, fauces eas forti, quæ Plaviſi exarctiſſimis, confragoſiſque Cathorinorū vallibus erumpentem, per oppoſitas paſſim Saxorum moles eoſque præcipitatum emittunt? Dominabantur hi Læbactibus, noſtræ ditionis populis, qui nomen in hanc uſque diem ſervavere. Obtinuerunt loco eodem Longarem Octaviani Auguſti familiaritate clari, à quibus vico nomen in hunc diem permanſit incolume. Poetici vero ab Imperatore Nerone Claudioſque faucium harum tutelæ præſecti horologium paganiſ Læbactibus magnis Saxorum mobilibus conſtruxerant, caſtellum in edito clivo munitiverant anguſtiſque; ipſas munitiſſimo loco cuſtodiebant. Horologiū unnc dirutū, diſiectumque; eſt, quotidieque tam vaſtæ ſaxorum moles huc illuc aſportantur. Et niſi ſacello D. Helenæ inſcriptus horologiū titulus altari dicatus eſſet, illum ipſum quoque deſideraremus. Sed age prælegamus, quæ temporum injuriæ ſubductæ ſunt litteræ.

IN HONOREM  
CLAUDI  
CASARIS AUGUS  
GERMANICI  
SEX. PÆTICUS Q. F.  
TERTIUS ET  
C. PÆTICUS SEX  
FIRMUS  
HOROLOGII CUM SEDIBUS  
PAGANIS LÆBACTIBUS  
DEDERUNT.

de inſcriptione hac prænomen Imperatoris ſcalpro ſublato eſt, ut utrum Neronis, an Tiberii, an Domitiani prius ſcriptum fuerit ariolari cogamur. Simus autem quorundam Imperatorū nomina, ob inviſam publicè eorum memoriæ de monumentis deleri ſolita, ſenatusque Conſulto Domitiani titulos ubique; eradendos decretum, omnemque; ejus memoriæ abolendam Tranquillus refert, & Romæ plerisque locis eraſa hujusmodi nomina conſpexi. Quis tamen hic noſter fuerit, in cujus honorem Poetici Horologium Læbactibus dederunt ex nummis quærendum fuerit. Opportunè autem aliquot mecum Roma nunc attuli. Quare videamus an ex his integrum tituli rationem inveniamus. Hic verò primus notatum habet TIT. CLAUDIUS CASAR AUG. P. M. TR. P. IMP. PP. ita hic alter, item unus, & identidem alius. In his quidem Claudio nomen habetur, ſed Germanici nuſquam; inſpiciamus igitur ex altero loculo nummus, in quibus Germanici nomen eſt. at hi omnes Domitiani faciẽ habent, & inſcriptio profitetur IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. COS. II. Eadem in hoc altero, & in illo & aliis, ſed Claudioſque cognomentum hic nuſquam. Non igitur Domitiani nomen in inſcriptione noſtra fuit. Sed hos alios è loculis excutiamus. Agnoſcitis jam Neronianos ex faciẽ, at quid ſcriptum ſit prælegamus IMP. NERO CLAUD. CÆS. AUG. GER. P. M. TR. P. Bene habet, habemus hic Germanicum, habemus Neronem, habemus Claudium, at inſpiciamus & hos; Neronis ejuſdem litteræ ſunt NERO CLAUDIUS GÆSAR AUR. GER. P. M. TR. P. IMP. PP. ita hic alius inſcriptum habet, ita reliqui ex hoc loculo.

Præterea meminifſis apud rerum ſcriptores legere Neronem à Senatu hoſtem judicatum. Neroniſque; nomen profanum fuiſſe paſſim. Unde etiam è nummis nomen id ſublato contuſumque non ſemel aſpexi. Quare nulla mihi reliqua ſit dubitatio quin hic NERONIS CLAUDI. ſcriptum fuerit, cum præfertim locus hic exciſus totidem ſit litterarum capax, ut circino dimetiſus ſum. Sed antequam inſcriptionem hanc de manibus amittamus animadvertite diſtinctionem HOROLOGII ſecunda ſyllaba à principio per I. non per O, ut vulgo ſcribitur notatum. Nimirum ea illis placita eſt compoſitio, ut O. in I. commutarent. Non procul verò ab ædicula in qua hæc habetur

Inscriptio, altera quoque in privatarum ædium pariete quodam juxta viam in hæc verba.

A S C L E P.  
J O P. X E-  
L I U S P O-  
L I O M O-  
N I T U S  
P O S U I T

Facile autem crediderim Poeticos illos, de quibus paulo ante loquebamur, agrum eum omnem obtinuisse, qui ampla fati planicie, à fortunæ vico, qui quinto abhinc lapide est, Monteq; Serva digressus in Peninsulam excurrit, Plavio ripas undecimque tribus à lateribus Lancinante. Nam vico Polia Poetici nomen est, quamvis singulis tantum syllabis utrumque nomen in unum enuncietur quippe POLPÆT. quod ea equorum pascua fuisse significat, quæ Poetius haberet in altero hujus agri vico, via Juliz quæ per pontem tribus ab urbe millibus passuum meritorii plerisque divertoriis frequens est in hospitio quodam ad Libram Publici vectigalis venerabilis antiquitatis monumentum inspexi, cujus inscriptionem hanc vobis afferro.

F I L I P O S U E R U N T M E M O-  
R I A M P A T R I S V O S S A T V R  
N I A N O P O T I O O B I-  
T O C V M C O M P A R E S V A  
V A L E N T I A N A V O L V S I A.

Latinus hic omnino titulus, sed Græcis aliquot litteris sparsim interpositis, quibusdam vix dum exasceatis. Videtis vero placuisse illis A. vocalem ad A Græcè consonantis effigiem figurare & A T P I litteris pene Græcis scribere illud etiam inventu rarum profra oratione. O B I T O qua for-

ma Poeta libentius usi, ut apud Maronem. Morte obita. Sed quoniam video vos tam sitibundos ad hæc inhiare, ostendam & alia hujus generis, quæ toto agro vestro neglecta jacent. Et illud monumentum cum primis commemorabo, quod Chori II. ab urbe lapide tot lanceis impetum, diffra-ctumq; cernitur; fuit in eo vetustissima quædam inscriptio, qua magna vetustatis injuria sublata altera hæc super inducta est.

T. TURRANIUS SEVERINUS  
CONJUGI SUÆ CARISS.  
BLICIÆ COSTANTINÆ VIVUS F.

In quo quidem titulo COSTANTINÆ absque N. in prima syllaba scriptum est ubi COCERT. pro concertatio in Neronis nummo quem paulo ante attreclabamus, & COS. pro consul, passim in Romanorum monumentis. Neque legitur pugeat, quod Caneti Alemanæ meæ vico in Adicula D. Blasii habetur antiquo lapide.

M. JUNI PAP. MAXIMI  
LIVI. D. PRÆCELLIA MAXI-  
MINA CONJUGI  
CARISSIMO. V.F.

Ultra progressus in vico Tecliano Adicula D. Teclæ offert se alterum, specioso nomine. Præcellie monumentum in signe, id ita inscribitur.

C. DURENIO SECUN-  
DO DORIFERO  
OMNIBUS HONORI-  
BUS. M. F.  
PRÆCELLIA PROCUA  
MARITO OPTIMO.

Erant verò Doripheri, ſi quis hoc curet, Pratoriani milites. Non procul hinc in viro Zumelis, Zamelum nunc vulgo dicitur, Præcellia hujus conſanguinei iisdem nominibus Durenii, ſecundi atque Bræcellia conditorium habuere, cujus inſcriptio hæc adhuc in platea foroꝛque ipſo ſpèctatur.

P. TURRANIO  
P. ANISIO IIII  
VIR. TURIAE ARINIAE,  
P. TURRANIAE  
P. ARINI TB OPTI-  
ANISI. TVRRANI-  
VS SECVNDVS.  
V. F.

M. PRÆCELLIVS  
Q. F.  
PAP. VITVLVS  
SIBI ET  
DVRENIAE L. F.  
SECVNDÆ  
VXORI ET SVIS  
V. F.

Quæ ita explicare poteſt; Publico Turrano Publico Anifio quartum viro Turia Arinia Publica Turania, Publici Arinii, Libertæ optimæ Anifius Turranius Secundus vivens fecit.

Jacet hic lapis ante altare, & aſſiduè pedibus ſacra facientium atteritur, ut multa jam in eo nomina exiſis mediis dictionum partibus aboleri incipiant. Altare autem ſuſtinet columnæ Cippus, in quo ita ſcriptum.



Quæ quidem magni alicujus operis indicia unde magnas Turraniarum opes in hoc agro poſſimus exiſtimare, qui quidem non apud nos tantum, ſed & in reliqua Venetiæ celebres fuerint. Nam & Vincentiæ, ut reliqua miſſa faciã ad D. Felicis ita legas.

Hos verò Præcellios Romanos cives, atque eos quidem non ignobiles fuiſſe volo vobis ex M. Tull. Ciceronis epiſtola comprobare. Is enim familiaritatis ſuæ libro XIII. cum ad Caſarem jam rerum potitum ſcriberet, Præcellium quendam unice commendavit, Præcellium Caſaris neceſſarium ſuum, ſuum verò familiariffimum, virique optimi filium, quem adhuc adoleſcentem propter ejus modeſtiam, humanitatem, animum, & amorem erga ſe ſingularem mirificè diligebat. Addit ad hæc Præcellium adoleſcentis hujus patrem reipſa doctum ſe intellexiſſe, didiciſſeque ſibi fuiſſe ſemper amiciffimum, eumque de illis eſſe, qui irridere & objurgare ſolitus eſſet, quod honorificentiffimè invitatus à Caſare, non ei ſe conſungeret verſumque illum Euripidis Ciceroni indentidem objectaret, *μὴ γὰρ σὺ φιλεῖς ὄντις ἄλλ' ἀνταρσὶ φέρες*, Odi ſapientem qui ſibi nil ſapit, quæ dicta volui ut cognoſcatur Præcelliorum, qui ad vos transmigrarunt, prudentiam, multis jam ab hinc annis ſcriptorum memoria commendatam. A Melo mox Plavia ad dexteram tranſiſto in colle D. Martino ſacro, qua fluvius Corduvius proxime labitur quinis ab urbe paſſuum millibus Turrania, ſerè omnis familia uno comprehenſa conditorio, hujusmodi inſcriptionem habet.

V. F.  
L. TVRRANIVS L. F.  
VALENS  
SIBI ET  
TERENTIAE Q. F.  
PRISCÆ VXORI  
H. M. ET. L. S. H. N. S.

Puto vero vos notas has literarum singulis singulas punctis distitas plerisque locis observasse, idque sibi velle, perinde ac si scriptum esset. HOC MONUMENTVM ET LOCVM SEPULTURÆ, ve sepulchri HÆREDES NON SEQUENTVR. Cujus rei Horatium Flaccum interpretem habemus qui libro I. Sermonum primo S. VIII. scripserit.

*Hoc misera plebs stabat commune sepulchrum*

*Pantalabo scurva, Nomentanoq; nepoti.*

*Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum*

*Hic dabat Heredes monumentumne sequerentur.*

In eadem urbe Vicentina alter ejusdem Turrani familia titulus his litteris notatus est.

V. F.  
C. TVIVRANIVS  
SECVNDI LIB.  
EVANTHVS  
CONCORD.  
C. TVRRANIO.  
PANTAGATHO ET  
C. TVRRANIO  
EVTHICO  
LIB. OPT.

Est & apud M. Tullium, epistolis ad Atticum hujus familiae celebritas eo loco quartæ epistolæ Q. Frater, ut mihi videtur quo volumus animo est in Pomponiam, & cum ea nunc in Arpinati prædio erat, & secum habebat hominem *genam* D. urrianum. Quod verò ad familiae hujus antiquitatem pertinet reliquæ monumenti Romæ sunt in vico nunc Regula huncupato, in quo nomen laturo eorum est, qui Sergii Galbæ Imp. Aug. Curatores anni secundi, imaginum domus Aug. cultorib. signum libertatis restitutæ dedicarunt, inter quos annotati sunt C. Turranius Polybius & C. Turranius Florus, & Turranium Tragicum Poëtam Naso celebrat de Ponto Eleg. ultima.

*Mesq; Turrani tragicis immixta cothurnis.*

Et quod ad Turraniam spectat & Aniciorum nomen, de quibus mentio superius habita Romæ etiam in æde D. Mariæ ad Busta Gallica scriptis legi.

TVRRANIÆ ANICIÆ  
JVLIANÆ C. F. COJVLG

Quorum verò dicet aliquis, tam multa de Turraniis? aut ubi de nostris agitur quid eos Roma oportuit accersitos? Dolor huc me adegit in consolabilis ob luctuosam amici mei Antonii Turrani memoriam tametsi decimum jam annum eum desideramus, qui Græcis, Latinisq; literis eruditissimus, philosophicis, & eloquentiæ studiis admirabilis, humanitate præcipua, probitate incomparabili omnium Veterum Turaniorum splendorem & gloriam ad se unus attraxerat, quæ Fata impia, ne diutanta seculi felicitate fruere juvenem admodum magna omnium admiratione Philosophiam, veram illam inquam, & elegantem Papiæ profitentem iniquissime nobis invidere.

Sed nostra jam prosequamur. Ad primum hinc lapidem in suburbano Musæo juxta portam ædiculæ D. Jacobo sacrae fragmentum antiqui monumenti est, gentilium id meorum titulo dicatum in quo cum plurima desiderentur, litteræ tantum hæc ad huc incolumes vetustatis injuriam evasere.

D. M.  
CAPERTI  
ÆVALENTI  
INÆ C. M.  
VALERIAN  
COIIVGI

Intra ædem verò multa sunt ex quadrato quodam cippo unaquaque ex parte dejecta scalpro, ut ne syllabæ quidem unius vestigium sit relictum, quod integrè legi possit. Sed si mei me cognominis similitudine delectari patiamini, apponam ex Alba Julia, quæ in Ripensibus Noricis est memoriam allatam in hunc modum.

J. O. M. STATUAM.  
C. VALERIUS.  
VALERIANUS  
EX VISU P.

Non ignoratis autem, ut puto ex historiis Valerianum Imp. an. Sal. nostræ 256. Decio successisse, qui dum in Rhetia, & Norico ageret, ab exercitu Imperator creatus, & mox Aug. factus, unde tot apud nostros Valeriani nominis monumenta.

Sed nimium contamur Urbana recensere. Nam in D. Petri libitinaria porticu Conditorium habemus Cufonii memoria celebre, quod indicio nobis est clarissimas familias hinc migrasse Venetias, inscriptio ita habet.

D. M.  
QVINCTIAM  
XIMA SIBI ET  
CONJUGIVO  
CVSONIO SEVE  
RINO. V. F.

Ne verò vos hæsitare quod QVINCTIA per C. T. scriptum est, noritis & QVNICTVM, & QVINCTIVM eodem modo plerisque locis vocatum esse, & antiqui id fuisse moris ostendit nomenclatura quædam Romæ apud Julium Porcium, in qua fit mentio Augusti Ti. Cæsaris Germanici, cui honorando adfuerint DOMITIUS A HENOBARBUS. Fuit is Neronis pater & cognomentum id calumniolum duxisse Neronem apud Historicos legistis, post quem ascripti sunt F. QVINTIVS CRISPINVS & J. QVINCTIVS. Sed jam nos ad se vocat præclarus ejus monumenti titulus, quem ad ædis primariæ parietem, qui aream pratoriam spectat apposuimus. superioribus annis de vetustis Basilicæ nostræ fundamentis erutum in eo nunquid ita scriptum invenistis.

IMP. CÆSARI  
M. AVRELIO AN-  
TONINO AUG.  
ARMENIACO  
MEDICO PARTHI  
COM NTIE  
MAX. OT. XX.  
IMP. III. P. P.  
DIVIA NINIFIL.  
DIVI HAD AIANI NE-  
POTI DIVI TRAJANI  
PARTHICI PRONE-  
POTI DIVI NERVÆ  
ABNEPOTI  
D. D.

Placet vobis nimirum M. Aurelii Antonini principis optimi conservata memoria; sed quod sexto, septimo, octavo, nono & decimo versibus quinque vel sex literæ mediæ desiderantur, sollicitari videmini, si quid igitur nostra consequi poterimus, ea vos cura liberabimini. Sexto versu post absolutam locutionem PARTHICO. M. incisum est, puto sic, non tota videtur, ut commodum ex Aufonio Gallo vobiscum jocer.

Ita desolus in quadram lapidis quatuor circiter ex hoc versu notas amisit. Hic igitur ego primum MAX. reposuerim & quod sequitur ita substituendum existimarim, ut legamus PARTHICO MAX. est enim usurpata nuncupatio Maximi ubi Parthicum ponitur, ut in nummo SEPART MAX. & super eodem Antonino Capuæ ad pontem IM. CÆS. AVG. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. PARTHICVS MAX. & reliqua mox subsequatur PONTIFICI MAXIMO. Sed tribus tantum litteris. MAX. uti scriptum, quia subjungendum est. TRIB. POT. XX. hoc est Tribunitiæ potestates vigesies. Ita enim & numerum & aliarum inscriptionum series deposcit, & litterarum, quæ desiderantur numerus ad amissum quadrat. Perdifficile verò est Quid inter litteras IMP. & numerum III. suppleendum sit invenire, sed nisi me aliquot hujusmodi inscriptiones fallunt, & si alti mensuræ credimus legendum est IMP. II. COS. III. non enim plurimum notarum capax locus est.

dixerit



dixerit quispiam divinare est, aut ex commodo suo commentari, neque adeo exsolvere, quod reced-  
 ni me nolle fabulas fabulari. testibus igitur opus est, ut quod conjectura primum sum assecutus, re  
 ipsa verum esse comprobatur. Opportune vero mihi præ manibus est Urbani Valeriani Patris mei  
 Itinerarium, qui quocunque se contulerit, totius antiquitatis vir studiosissimus, nihil usquam, quod  
 ad rerum memoriam faceret, quin exciperet, describeretque prætermisit. Interea igitur, quæ  
 Mediolani facere ad antiquitatis cognitionem observavit, ex antiquo lapide titulum ejusdem M.  
 Aurelii descripsit, ejusdem Antonini, ejusdem Augustini, ejusdem Pontificis Maximi, ejusdem Tri-  
 bus potestatis, per quod vices id honoris gesserit, expresserit, expresso numero. Ibi jam eundem  
 ter consulem videbitis, eundem Divi Antonini filium, Divi Hadriani nepotem, Divi Trajani Par-  
 thici pronepotem. Divi Nervæ abnepotem, ut in nostro habetur. Sed inscriptionem proferam-  
 us.

IMP. CÆSARI  
 M. AVRELIO ANTONIN.  
 AVGVST. PONTIFICI MAX.  
 TRIB. POT. XVII. COS. III.  
 DIVI ANTONINI PII FIL.  
 DIVI HADRIANI NEPOT.  
 DIVI TRAJANI PARTHICI  
 PRON. DIVI NERVÆ. ABN  
 AVXVMATES PVBLICE.

Hic tamen quia scriptum non est quotiens Imperator fuerit, fortasse quis numerum ejusmodi  
 ei titulo additum non esse ex more crediderit. Age igitur & hoc ostendamus apud veteres inve-  
 niri. Romæ quidem in Capitolio ab leva Romanæ Curia sub exteriore porticu, ubi nunc caput  
 ahenum colosseum ex Commodi statua præcisum & ruinarum invidia præceptum, juxta monu-  
 mentum est hoc titulo notatum.

IMPERATORI CÆSARI DIVI TRAJANI  
 PARTHICI FIL. DIVI NERVÆ NEPOTI  
 TRAJANO HADRIANO AVG. POTIF.  
 MAX. TRIBUNI C. POTESTAT. XX.  
 M. P. II. COS. III. PP. MAGISTRI  
 VICTORUM VRBIS REGIONUM XIII.

Hujus

Hujus generis, & illud eſt, quod in Tuſculano Riperiæ agro Veronenſi haberetur.

IMP. CÆS. AUG. ANTONINI  
 PIL. FIL. DIVI HADRIANINÆ.  
 DIVI TRAJANI PARTHICI  
 PRONÆ. DIVI NERVÆ AB-  
 NÆ. M. AVRELIO ANTONICO  
 AVGVSTO ARMENINO  
 PONT. MAX. TRIB. POTEST  
 XVIII. IMP. II. COSS. III.  
 BENACENSES.

Quod ſi plura hujus generis vultis, in arcu fori Boarii legere eſt inter L. Septimii titulos. TRIB. POTEST. XII. IMP. XI. COS. III. & in ejuſdem honore in Triumphalaciru TRIB. VNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. Nullam igitur hæſitationem eſſe reliquam puto, quin reſtituendum in noſtro ſit IMP. II. COSS. III. quod anguſta loci brevitæ plurium notarum ductus non admittit: quæ verò ſubſequentur etſi ipſa etiam interſecta, nullam tamen aggerunt ambiguitatem, verſu igitur nono ANTONI nomen. Et decimo HADRIANI nullius controverſia reddendum, quod tam ex Imperatoriæ adoptionis ordine quam ex Mediolanenſi Epigrammate manifeſtum. Sed quoniam quæ ad pulcherrimæ hujus inſcriptionis declarationem facere videbantur, ſatis videmur explicari, ne minima quæq; colligendo diſtioni meæ importunè quadam ſedulitate vel faſtidium, vel odium, importem præteritis aliquot ſermoni ſinem imponemus. Cùm igitur viri Bellunenſes habeatis, quod me vobis receperam exhibiturum, de Belluni nomine demutationis rationem, ad hæc multa antiquitatis veſtræ Teſtimonia urbis originem & Conditorem. Auſimq; dicere me operæ pretium meruiſſe, quod omni ut puto rejeſta controverſia vobis eum adinvenim, & Flaviū annè tot annos è memoria mortalium elapſum reſtituerim. Super eſt ut quando flumen veſtrum reperiſtis, & ipſum urbis ſi non conditorem dubio procul ampliorem agnoviſtis, grato eum animo ſuſcipiatis marmoreum illud conditoriū C. FLAVII HOSTILII in quo veſtræ urbis hiſtoria tam eleganter deſcripta eſt, in urbem inferri procuretis, & inſigniori aliquo loco ſupra columnas III. ſuſtollere decernatis, eosque honores monumento huic habeatis, quos ipſi Flavio, ſi apud vos verſatus eſſet, deferre miminè negaretis. Quale enim & quantum ad virtutem incitamentum poſteris veſtris relicturi eſtis, cùm per vos didicerint, ſe non ex Alpinis cautibus, non ex roboribus iis, quæ frequentia adeo paſſim apud nos pullulant, ſed ex Romano ſanguine progenitos, ſed Herculis nobilitatem univerſam generi ſuo primordia dediſſe. Unde enim malit quiſpiam humano præditus ingenio oriundum ſe gloriari, quàm ab his gentibus, quæ omni virtutum genere, præclaraque rerum egregiè geſtarum celebritate populos nationesque omnes, ut palam eſt anteceſſere. Sed lætiſſimum illum & univerſæ civitati veſtræ jucundiſſimum diem videor, cùm indiſta ſolenni pompa conditorium illud transferetis, egoque comes aditus ne ſine cantu & laudatione Hoſtilio parentetis; honores, quos ut Heroi decernere conſtitueritis, Carmine hoc qualicunque celebraturus adveniam

## EJUSDEM PIERII VALERIANI,

Urbis Patriæ Genethliacon.

**N**on quia ad in gratas cantarim sapius aures  
Meque diu rerum domini sub acerba re-  
tentum

Servitia in longos nulla mercede labores  
Impulerint nostro prætium è sudore ferentes,  
Non quia fors gravior a manent, & si quid iniqua  
Sorti aberat vatum, Musarum & Apollinis hostis  
A Morinis uque extremis ad sceptrâ vocetur  
Romula; ne qua bonis superet spes artibus olim;  
Idcirco hostili factum memorabile Flavi  
Diffimulem, cæcove premi sub carcere in umbris  
Perpetiar juvenem egregium, præstantibus ausis  
Insignem, patria primus qui mania nostræ  
Signavit, nomenque dedit, quod nulla abolebit  
Posteritas si ritè manent sua munera fortes.  
Unde autem primum ingreditur quid inde secundum  
Expeditam? quis erit postremi carminis ordo?  
An memorem quotiens Carnorum è vallibus imis  
Noricisve jugis, Rhetorum aut montibus imbres  
Bellorum ingruerint, tempestasve atra; Catejis  
Teutonicis, tonitruque armata: & sulphure campis  
Perniciem minitata, novam qua verteret urbem,  
Cum strage irruerit, muroque in vella recentis  
Diluvio fossas, & nondum jacta replevit  
Fundamenta lue fœda, illuvieque nefanda  
Tantum odii poterat virtus aliena parare!  
Ut tu impendentis cernens discrimina damni  
Nil contatus ad hæc juvenum fortissimè contra  
Teque tuos omnes pro libertate tuorum  
Pro patria, natis, uxoribus, igne penatum  
Duxeris haud dubiam in mortem, molesque ruentis  
Marmaris pilo longis hastilibus undas  
Alpinas juncto legionum umbone sub ipsis  
Reppuleris fontes, vallem tutatus amanam  
Quantus eras meminisse juvas cum bella cieres,  
Oppositis ad difficilis certamina Martis  
Corporibus, caderent que hostes, caderentq; tuorum  
Agmina: tu vallo nunquam, aut statione repulsus  
Obsiæres implens hostili sanguine fossas  
Et quotiens motus alicujus præsciis Aspes  
Prærepto ante loco tacitus superaris & hostes  
Incautos ipsis in castris tuta tenentes  
Perque rives & aquas, & inaccessus convalles  
Aggressus stragem horribilem sub nocte silenti  
Edideris modo luce palam dejeceris arces,  
Arces in tumulis altas, calig; propinquas

Præruptis vastis saxorum mollibus imo  
Æquari, prædamq; omnem, & captiva Testam  
Corpora militibus focis donari habenda.  
Sic vestem & gemmas, tuas, agmina prodigi uno  
Barbarico ditavis erunt, hæc nota per atram,  
Haud ulli recitanda, & ut hostibus inde tremenda  
Cæsariem vallis circumfurgentibus aulam  
Concuteris, tremere, tuis de laudibus omnes.  
Quid quod eques totiens audaci corde periculum  
A patria castrisq; procul, cum cæde repulsus  
Susuleris, pacemq; tuis, atq; otia terris  
Incolorem dederis. Tu bello fortis & acris  
Præsentis, animo, casusq; paratus in omnes  
Italia fines tutaris & oppida condis  
Tu campis, titulos, sive in nomina nostro  
Imponas monstra domas, tu Notrica mactas  
Prodigia immanem funestis dentibus aprum  
Qui latos vastabat agros, qui corpora letho  
Mille virum dederat, nostris qui vallibus unus  
Horror erit, quos non manifesta in morte vinaces  
Teutonicis, Carniq; feri, jovicisq; Liburni  
Terrebant, captivæ semel statione movebant  
Hos sem fulmineis turbabat viribus arma  
Se super injiciens, ferro inpenetrabile tergo  
Opponens densas cuneo, servare phalanges  
Pervadebat, & uni omnis Locus uque patebat:  
Omnis ager, nemus omne, juga omnia, probus in armis  
Tale & tanta feris inerat violentia sannis.  
Hic tamen unius lethali concidit ictu.  
Hostili & vires majoris fulminis olim  
Expertus non ore tonat, non dente coruscet  
Non flatu inflammat segetes, non dum valentium  
Membra, canumq; virumq; & equorum vulnere adactis  
Disceperit, spargitq; ferox, sed vasti rubenti,  
Terga volutat humi pilo confossus amaro  
Exanimusq; iacet uno penetrabilis ictu  
Te Flavi comites lato clamore salutant  
In cælumq; ferunt, laudesq; & carmina dicunt  
Hostiliq; secant truncis & marmore nomen  
Quos autem tibi dat titulos Sertorius, armis  
Inclutus insignis pietate, bone unus amator  
Indolis ille tuis pretium virtutibus addens  
Te clypeis ornans, & hasta, & torquibus aureis,  
Mox alio dux magnanimus te munere dignum  
Jam genti, laribusque suis adscripsit, idem  
Te donat equo, te laurealibus aris  
Laudans, validis que viris aquant honore  
Et nunc Flaviolum de te cognomine campum  
Dit, dicatque tuo nomen de nomine Anaxæ.

At legio Volcorum omnis, lata omnis, ut unum  
 Lustrificata ultorem cladis, conspexerit, unum  
 Esse virum voluit, qui de virtute recentem  
 Urbem appellaret sic vir, si unus in omen  
 Cessit & unanimi dixerunt voce Virinum  
 Posteritas quam mox Bellanum dixit amanam  
 Nos tamen ingenti cives tua frustra sub alta  
 Condita humo laitare diu, nos caca sinamus  
 Nocte premi sine laude rogi, fide honore sepulchri  
 Teque parentem urbis, te nostris sanguinis altum  
 Auctorem tantis bene gestis rebus abire  
 Indecorem patiamur, & haud dubitanda professi  
 Demum illaudatum, ignotumq; jacere ferimus?  
 Non ita sed quoniam tua tandem cognita virtus  
 Tempore post longo potuit superare proterviam  
 Fortuna invidiam, esque tuae jam redditus urbi  
 Non eris in cacis latebris, humilive recessu  
 Verum humeris procerum mediam tolleris in urbem  
 Conspicuoq; loco celsus statuere, columnis  
 Quattuor erectus firucto de marmore cippo  
 Felicitq; urbem solvere in sacula dices  
 Omnes eumq; tua Bellanum laude vigebis.  
 Non humeris sive hanc veneri cognomine gentes  
 Sive novo appellare volent, tibi semper honores  
 Lata cohors juvenum, & florens aetate puella  
 Instituent circa tumulum tibi munera ponent  
 Nam tibi savitiam scelenti frigeris acrem  
 Februum incipiet flatu emollire favoni  
 Orgyq; latiq; chori pro numine Bacchi  
 Antiquo de more aderunt, neque Tibia cantum

Festa suum invidet, neq; vir, neq; femina vultum  
 Ulla suum ostendet sed velent ora cavatis  
 Corticibus, sumatq; virilem facmina vestem  
 Et vir feminea incedat per compita palla  
 Plebsq; omnis saliant unctos insana per vires  
 Hi letos ducent choreas, neque classica & arma  
 Cessabunt, hastaeq; novo conamine in ades  
 Adise admissio de quadrupedante vetusto  
 Ritu ubi nulla joco sissoris ephippia, nullum  
 Sustinet plantas vinculum sed sola sub armos  
 Genua juvent (mos iste tuus) tibi lecta juvenus  
 Insidens in equis solvet sic iusta quotannis  
 Ad tumulum & monumenta tuo de nomine facta  
 Hoc autem insigni laxabant pectora ludo  
 Praestantes virtute viri, namq; ordine ducto  
 Augusta quacumq; domus sese angulus ample  
 Obtulerit platea, pilaeve objecerit, illi  
 Hastam insertabunt, & equo rapiente ferentur  
 In murum, piceasq; traves in frustra fragoso  
 Cum sonitu imminuet, Favor hinc plausuq; Theatri  
 Non aberit, pannis albis, quem victor adoptet  
 Ast alii excussi dorso, nixuq; repulsi  
 Inq; sinum immundum revoluti cuncta se dentum  
 Pectorum concutiant risu, & clamoribus altis  
 Tota theatrum sonent, donec fortissimus unus  
 Pluribus effraetis valido certamine conis  
 Insignem moveat palmam, & tua pagmata circum  
 Qua surgent lauris ornata virentibus, atque  
 Effuso large vinog; & lacte natabunt  
 Latu equos agiter, tibi sicut premia latu,

F I N I S.